

Julius Capitolinus refert, Antoninum Pium Cæsarem, se- nem jam, & silicernium, manè, antequam salutatores veni- rent, solo pane sicco robur virium sustentasse.

Aritoteli perhibet, Pythagoricos non aliud, quam panem cum melle Attico prandere solitos. Erat autem id pla- centæ genus, quod ex butyro, & melle conficiebatur, gratum palato obsonum.

Galenus h. s. de tuenda sanitate, ad eandem sententiam com- probandum, utitur Antiochi Medici experientia, qui validus, atque robustus 80. annos excefferat, ter in die cibum capiens: Hora diei tertia, ad summum quarta, panem fumebat cum melle Attico crudo, vel cocto: inde post horam sextam diei fricabatur, exercebatur, lavabatur, post prandebat tenuiter, ac cenabat uberius.

Deus quoque Opti Max, ut Exod. 16. scriptum legimus, Judæos in deserto, vesperi quidem coturnicibus, manè autem pane illo cœlestis demisso, Man dicto, pavit. Sic enim scriptum est: Vespere, inquit Deus, comedetis carnes, & manè satura- bimini panibus. Ergo Deus quoque hujusmodi dietam popu- lo suo instruit, ut vesperi quidem carnis, seu solidiore cibos manè autem panibus vesceretur: & ita cœna largior esse prandio, sive pentaculo.

His, atque aliis hujusmodi rationibus nonnulli utuntur ad probandum cœnam prandio majorem, uberioresque esse debere: Verum bene, sapienterque monet Christoph. à Vega, qui eandem sententiam sequitur, diversam esse quæstionem, si quis modum excedat: expedire enim id prandii hora facere, quippe cum postea excretionem, & abstinendo à cœna, ex- cessum illum, seu abundantiam emendare possit, minusque gravetur, quam si in cœna nimio sese potu, ciboque onera- set. At vero si justa adhibeat esse major: Qua in re, ut in aliis omnibus, cum Hippoc. monet, consuetudini esse ser- viendum, quæ quidem optima fuerit, si cœna prandio fit major, licet hac tempestate homines, qui nullam vivendi ra- tionem servant, & soli appetitui serviunt, plenius prandant, quam cœnent.

Non contentenda etiam videtur esse Hieronymi Gabu- cini sententia de hac Medicorum controversia, cujus ille hanc rationem reddit lib. 3. de morbo comitiali, quæ ad anti- quitatis consuetudinem melius intelligendam facit: Præcili illi, inquit, diem, quicumque illi fuisset, sive ætius, sive hy- bernus, in 12. horas dividebant, ad ejus tertiam prandebant, cœnabant ad nonam: cumque superesset horæ diei tres, post cœnam ante solis occasum (quatuor enim ventriculo ad concoctionem tibi ingenti acerbunt horæ ideo lautius copio- siusque cœnabant, haud veriti vapores, qui à copiosiore cœ- na, effluuntur ad cerebrum, cum jam ducillius fuissent, anti- quam dormiendi instaret necessitas.

Actuarii vero (intellige etiam reliquos, qui ejusdem fue- runt sententiæ) ut qui hodiernum morem in exiubendo cibo tenebant, in quo per horam, ad summum duabus à somno abstinemus, minoræ prandio cœnam esse voluit, ut qui, si copiosior foret cœna, ob somnum imminuentem caput multus vaporibus repleri, atque ita spiritus illos animales lædi posse existimarent.

Hac de hac quæstione satis sint dicta, de qua multa in utramque partem satis probabiliter disputari possunt. Qui plura cupit, legat Langium in Epistol. Medic. Hieronym. Gabu- cini lib. 3. de morbo comitiali. Cardan. de abusu medendi, & traç. 5. contradiç. 18. Christophor. à Vega lib. 2. de arte meden- di. Fuchsi Paradoxa 72. 2. Dimum Florentinum in epist. An- dreæ Thoucini. Nicol. Massam in 4. comm. epist. medic. epistol. 4. de tuenda valetudine. Cælius Rhodig. lib. 14. can. 9. cur veteres largius cenarint, quam præsi sint. Valleriolam lib. 3. cap. 13. loc. comm. Aloysium Mundellam. Dial. 6. Aloysium Trifium prob. 4. cap. 99. Matthæi Curtii Papiensis libellum de prandii, ac cœnæ modo, qui Romæ in octavo excusus pro- diit ann. 1566. Eadem de re Turinus, & Odus disserue- runt.

Preces.

Vide ORATIO.

Presbyter.

Vide SACERDOS.

\* Pretium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pretium Græcè τιμή, quod datur pro re emptâ, vel ap- pretiata. Quod ut iustum censetur, debet vel à publi- câ potestate ob commune bonum taxari: vel communi homi- num æstimatione determinari.

PARTITIO.

Pretium duplex à DD. communiter statuitur: Legiti- mum, & naturale, sive vulgare. Legitimum est, quod lege Principis, aut Reipublicæ definitur, idque ex officio, ac ple- rumque iustum censetur, præsumitur enim Princeps Magi- stratus consideratis omnibus circumstantiis, è quibus rerum æstimatio pendet, statuisse quantum vendi re debeat, ne subditi eorum decipiantur, unde istud pretium consistit in indivisibili.

Naturale est, quod velut à ratione naturali cernitur in iis rebus, quibus à publica potestate non est impositum pretium, quod etiam vulgare appellatur, quia imponi solet communi hominum intelligenti æstimatione, habetque suam latitudi- nem, ait Scotus d. 1. 15. q. 2. & alii.

Pretium vulgare est triplex. Infimum sive piium: medium, & summum, quod & rigorosum vocant, y. g. pretium medium sit 10. infimum erit 9. plus minus, summum 11. rursus medium sit 100. infimum erit 95. summum 105. ut tradit Covar. supr. n. 1.

Cætera, quæ circa pretia rerum considerari possunt, videantur apud S. Thomam, ejusque Interpretes 1. 2. q. 77. art. 1.

CIRCUMSTANTIÆ.

Æstimator rerum crescere, vel decrecere potest circum- stantiis, quarum quædam spectantur circa ipsas merces, ut copia, inopia, necessitas, utilitas earum: quædam circa vendi- tores, ut labores, expensæ, pericula, & damna in illis compa- randis, conservandis, & advchendis: Item modus vendendi, nempe an ultero offerant, an rogati vendant. Quædam circa emptores, multi scilicet, an pauci: Denique circa pecuniam, sitne illius copia, an inopia, &c. videatur Molina, Malderus, Lessus, in Tract. de Jure, & Justitia.

Videatur Locus de Contractibus.

\* Primitiæ.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Primitiæ, quas Græci ἀπαρχὴς vocant, dicuntur primi fructus agrorum, & arborum, ut patet Deut. 26. ubi ju- bendur dare primitias: Tolles de cunctis frugibus tuis primi- tias, & pones in cartallo.

Aloquin vox ista transferretur etiam ad res alias. Sic legi- mus apud Poetas primitias operum.

Tubellis, tua pace ferēs de more frequentes Primitias operum Stat. 1. Thebaid.

Item primitiæ armorum apud eundem leguntur, libid. Hei mihi! primitiis armorum, & rite nefasio Libanus, iussusque mori.

Idem ipse meminit primitiarum lachrymarum s. Theb. Primitias egomet lachrymarum, & cædis acerbe Ante tubas, feruntque tuli.

Quin, & apud Christianos operum, & actionum primor- dia primitiæ vocantur. Olim enim Imp. mox à creatione sua, H officium, & obsequium Romano Pontifici impendebant, quasi Imperii primitias Apostolicæ Sedi deferentes. Fecit id inter alios Iulianus Imp. ad quem scribens Hormisdâ Pontifex. De- bitas, inquit, B. Petro Apostolo imperii vestri primitias reddi- distis.

PRIMITIARUM LEX.

Lex primitiarum habetur Numer. cap. 5. ubi & ex area primi- tiæ messis, & ex vindemia primitiæ vini, & uvarum in fine anni, nempe in Festo Tabernaculorum exiguntur: priores vero offerbantur in Festo Pentecostes. Erantque in singulis urbibus constituti à Pontificibus, & Sacerdotibus, qui primi- tias colligerent.

Quod ut melius intelligatur, observatur in Scriptura divina, Judæos pendisse quadruplices primitias. Primo spicarum, die azimorum. Lev. 23. vers. 10.

Secundo primitias panum in Festo Pentecostes, ibid. v. 17. & vocantur pulmenta, qui præci tam Hebræi, quam Romani, pulti

pulvis pro pane utebantur: unde cum panem pinferent, A separabant panem primitiarum pro Sacerdotibus. Immo hodie Judææ mulieres quoque panem pinferunt: placentam, sive tor- tellam separant à reliqua pasta, & velut Domino consecrant, quia atque Templum non habent, exorant eam in cibano, quia existimant non licere ea vesci, formula autem, qua utuntur dum eam consecrant, hæc est: Benedictus sis tu, Domine Deus noster, Rex mundi, qui sanctificasti nos præceptis, & præcepi- tibus nobis separare placentam de pasta, &c.

Tertio primitias panum, quos hebdomadam pinferbant, de quibus paulo ante.

Quarto in festo Tabernaculorum tam ex messe, quam ex uvis dabant primitias, & de his passim loqui intelligenda est Scriptura.

QUANTITAS.

Primitiarum quantitas à Deo definita non est: ex consue- tudine tamen, & decreto majorum fuit definita: nempe ut darentur in Quadragesimam, & sexagesimam partem: ut tra- dit S. Hier. in Ezsch. 45. Abulen. in c. 18. Numer. g. 14.

CUR DATE.

B Primitiæ non proximè dabantur Sacerdotibus in stipen- dium sustentationis ob ministerium spirituale, ut decimas: sed primum Deo dabantur in gratiarum actionem pro frugibus terre; & deinde cedebant in usum ministrorum.

Et quamvis Jure naturali non tenetur ad primitiarum sol- utionem, est tamen rationi naturali admodum consentanea illarum persolutio, ut quæ dicitur, decens esse, ut prima quæque Deo offeramus.

Vide Locus de Donatione. Tit. Donatio religiosa.

USUS APUD ETHNICOS.

Refert Plinius lib. 18. cap. 2. veteres Romanos nunquam so- litos gustare novas fruges, aut vina, antequam Sacerdotes primitias libassent.

Vide de hac re nonnulla, Tit. de Sacrificiis Ethnicorum in Loco de Ethnicis: ubi de Sacrificiis singulariter consideratis. Item Tit. de Donationis, sive annuleis Superstitiosis. In Loco de Superstitione. Tit. Superstitio circa Sacrificia.

Primogenitus. Primogenitura.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA. DIGNITAS.

Primogenitus juxta nominis etymon dicitur, qui pri- mo est natus. Atque in Scriptura Exodi cap. 11. ubi dicuntur cæsi omnes primogeniti Ægypti, intelliguntur om- nes, qui primi ex parentibus nati erant, sive haberent filios, sive non: sive parentes eorum viverent, sive defuncti essent: sic ut omnes patres familias essent primogeniti. Censet tamen, & non male Abulen. s. intelligi primogenitos tam ma- res, quam feminas, adeoque primogenitos respectu utrius- que parentis.

In lege tamen Naturæ primogenitus intelligitur is, qui caput, & princeps erat familie: neque enim omnes, qui pri- mo generati memorantur à Noe Gen. 70. fuerunt primogeni- ti: juxta S. August. lib. 15. de Civit. cap. 20. cum sit verisimile Noe ante diluvium filios habuisse, quamvis non fiat eorum mentio.

In lege scripta, Princeps tribus erat primogenitus, qui ab D ipso capite tribus, sive Patriarcha, v. g. à Juda, aut alio, dire- ctè per lineam primogenitorum descendebat: quomodo etiam principes familiarum, quorum fit mentio Numer. 26. erant primogeniti illius familie. Excepit tamen Principes Levitarum, qui ad placitum constituiebantur, nam Eliaphan Princeps Caathitarum patrem habuit Oziel minimum natu filium Caath filii Levi, ut patet Numer. cap. 3. v. 19. & 30.

Neque est, quod apud Hebræos duntaxat hanc primoge- nituram dignitatem fuisse arbitremur: nam & hodie apud Christianos in nonnullis regnis, maxime in Scotia, Anglia, Hibernia, principes familiarum sunt primogeniti, & qui ab ipsis primò descendunt, eisque quali ducibus tota familia adhaeret.

Vide plura inf. à. Tit. Jus, & Prærogative.

PRIMOGENITORUM LEX,

ET PARTITIO.

Quamvis primogeniti vox ad homines restringatur, tamen etiam in pecoribus locum habet, & jumentis: quia dicitur Dominus cæcidisse omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio ejus sedebat, usque ad L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

primogenitum captivæ, quæ erat in carcere, & omne primo- genitum jumentorum. Exod. cap. 12.

Capite deinde sequenti inseritur Dominus ad Moysen lo- cutus in hæc verba. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus, quam de jumentis: mea enim sunt omnia: ubi mandat sibi separari à communi usu, atque offerri, idque non eo tempore, quo occupati erant, ut inde migrarent, sed cum possiderent terram Chanaan, uti exponit legislator ibid. vers. 11. addens: Cum- que te rogaverit filius tuus eras, dicens quid est hoc? Res- pondabis ei, in manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti de domo servitutis: nam cum Pharaos esset induratus, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogeni- tum in terra Ægypti à primogenito hominis usque ad pri- mogenitum jumentorum: ideo immolo Domino omne, quod aperit vulvam masculini sexus, & omnia filiorum meo- rum primogenita redimo. Erit igitur quasi signum in manu tua, &c.

Additur autem in Lege hæc (quod aperit vulvam) ut ex- cludatur Christus: Deinde ne quis patris solos filios offren- dos arbitretur: nam in pecoribus esse manifestum, primoge- nitum non patris, sed matris spectandum. Idem quoque in hominibus obtinet: unde notat S. Aug. q. 23. primogenitum hic à LXX. vocari πρωτόγονον, à primo matris partu, non au- tem πρωτόγενον, à prima patris generatione: unde si virgo ado- lescentem viduam habentem liberos duxisset, non fuisset primo- genitus is, qui ex illo conjugio natus fuisset, neque enim pri- mus matris vulvam aperuisset. Sic è diverso, qui plures habe- bant uxores, singularum primogeniti ex hac lege erant offren- di. Denique debebant esse sexus masculini: unde si pri- mo femina nata fuisset, & deinde masculus, non fuisset is hic primogenitus.

Cæterum quamvis hic mentio fiat primogeniti Jumen- torum, tamen id intelligendum venit de pecoribus, quæ ad pastum aluntur, è Jumentis enim solius asinae primo- genitum erat separandum, & offerendum, non in prop- ria specie, sed mutatum ove: ut constat vers. 13. quod si non redimeretur, nempe quod vilior appareret, occi- di debebat. Primogenitum quoque hominis pretio redi- mebatur, nempe quinque siclorum, id est, quinque flo- renorum Brabanticorum, qui cedebant Sacerdotibus in sti- pendium.

CÆREMONIÆ.

Quamvis de Cæremoniis offerendorum primogenitorum nihil Scriptura eloquatur, constat tamen Numer. cap. 18. homi- nis primogenitum post mensem à nativitate offerri, & redimi consuevisse. Quamquam communiter matres expectaverint suam purificationem, ut cum ea simul infantes suos primoge- nitos redimerent, & offerrent: uti fecit B. Virgo cum puero Jesu. Luc. cap. 2.

Quoad primogenita pecorum, & jumentorum, constat, ea offerri potuisse post septimum diem à nativitate: ut patet Exod. 22. v. 30. ante octavum enim diem scetus nimis est tener, & quasi immaturus, & imperfectus. Ita S. Thomas. Atque ex iis quodlibet erat redimendum alio, & alio pretio pro uniuscujusque valore, plus enim valebat primogenitus bovis, quam ovis, &c. Vide Levit. c. 22. v. 27. Primogenita verò voveri Deo non poterant, de quo vide Volum.

JUS, ET PRÆROGATIVE PRIMOGENITORUM, ET PRIMOGENITURÆ.

Jus primogeniti in Lege Naturæ quadruplex fuisse, obser- vant Auctores. Primum erat, quod primogenitus erat prin- ceps fratrum, eorumque quasi Pater, & Dominus, adeo ut co- ram eo se fratres inclinarent Genes. c. 17. 32. & 33. succede- bat enim primogenitus in patriam dignitatem. Et hoc est, quod ait Pelusota in catena, primogenitos successisse in regnum, & in patriarchalem dignitatem.

Secundum erat, quod in divisione hæreditatis paternæ, sin- guli fratres singulas partes, primogenitus verò duplices acci- piebat: ut patet Deut. 21.

Tertium erat, quod post diluvium primogenitus erat Sa- cerdos familie: unde & in lege Moyfi, Levitæ loco omnium primogenitorum Israelis, fuerunt electi ad sacerdotium. Numer. 3. Rursus primogeniti parentibus in Pontificatu succede- bant. Numer. 20. ita S. Hieron. Rupert. Testat. & Eucherius c. 44. Quare Hebræi, & ex eis Eucherius, sic explicant: Vende mihi primogenitam, id est, vende mihi vellem tuam sacerdotium (ac consequenter ipsum sacerdotium) qua de more indui

Q 4 primogeniti.

primogeniti, quasi sacerdotes, victimas solent offerre Deo: adduntque, hac veste Rebecca induisse Jacob, cum ipse fratri suo Esau paternam benedictionem suffuratus est. Gen. 27.

Fuit tamen hoc jus sacerdotii aliquibus non primogenitis concessum, uti Abrahamo, idque ex singulari Dei dispositione, & electione; quia Abraham fidelis fuit, & pater fidellum, cum ceteri fratres infideles, & idololatras fuisse viderentur.

Quartum erat, quod pater motiens, peculiariter primogenito benedicebat, ut patet ibidem cap. 27. quae benedictio magni tum aestimabatur, magnique saepe erat valoris, & efficacia apud Deum.

Addit Abulenſis, & Lipoman quod primogenitus in solemnitatibus, & conviviis publicis solebat benedicere fratribus, & nepotibus, quali Junioribus. Verum id nusquam discrete expressum est.

Ocho, inquit Pererius memorantur fuisse primogenitorum prerogativae in populo Dei, etiam ante legem Moysi.

Prima: erant Sacerdotes.

Secunda: primogenitus ferebat primus in mensa, majorque portio ei dabatur. Gen. 43.

Tertia: benedicebat ille alios fratres, & ipsi submittabant se illis, & adorabant eum. Gen. 27.

Quarta: habebat imperium, & dominatum in fratre, ibid.

Quinta: accipiebat duplicem partem hereditatis paternae. Deuter. 21.

Sexta: primogeniti redimebantur quinque siclis, alii vero filii minime, tanquam illi specialiter essent Deo consecrati, & addicti.

Septima: utebantur, inquit, singulari quodam vestitus genere, id est, praeter fratribus delicato, & pretioso: quam obrem Jacob ambiens primogenituram Esau, ejus vestes induit: quanquam hoc non satis concludat.

Octava: primogenitus singulariter benedicebatur a patre iam moribundo: atque has fere omnes prerogativas perdidit Ruben.

JUS PRIMOGENITURAE CONTEMNERE, VILIPENDERE, COMMUTARE.

Notissima est Historia Esau filii Isaac, qui fratri suo Jacob jus primogeniturae vendidit pulmento lentis. Series illius ita à Moysse describitur. Genes. cap. 25. Postquam Jacob coxisset sibi pulmentum, venit ad eum Esau lassus ex agro, & ait, damini de coctione hac rusa est etiam lenticula, quam Alexandrinam vocant, quae condimentis croci, & coriandri parabat. I quia oppido lassus sum. Cui Jacob dixit, vende mihi primogenita tua pro portione, id est jus primogeniturae tuae: idque primarium, & temporale, hoc namque vendi poterat. Edoctus autem erat Jacob à matre Rebecca, quae ab Angelo id acceperat; hoc jus Dei dono, & dispositione ad se pertinere, ideoque occasionem quaerebat, quomodo rem suam astu ab iniquo possessore extorqueret. Ad quem Esau aviditati suae, & gulae necessitatem praetens: En ait morior, quid mihi proderunt primogenita? Cui rursus Jacob, Jura ergo mihi, nempe quod mihi caedat, & pacifice frui permittat. Qui juravit, vendiditque ei primogenita, & parvipendens, quia verè non intendebat contractum quamvis juramento firmatum servare; abiit. Atque ob hanc causam Apost. Hebr. 12. v. 16. vocat Esau profanum, id est, sacrorum contemptorem: ut qui pro vili esca, & ob exiguum gulae voluptatem vendiderit, & vendendo proculcarit jus primogeniturae, quod sanctum erat, & includebat jus sacerdotii.

VIOLARE JUS PRIMOGENITURAE IN ELECTIONE AD PRINCIPATUM, GRAVIUM MALORUM EST CAUSA.

Cum Numitorius Amulius frater junior Albae regnum, Aristobulus Hyrcano regnum Judaorum ademit. Neque enim prius bella civilia exitum reperire poterunt: quam Pompeii Magni sententia regnum Hyrcano restitutum fuisset: tamen Aristobulus ad imperium natus, alter ineptus videretur.

Ptolemæus Lagi F. cum ad juniorem Aegypti regnum, per rupto gentium iure, detulisset: effecit, ut naturae jura alterius patricio violarentur.

Eodem errore peccavit Ptolemæus Physco, qui uxoris oratione persuasus majori praetulit juniorem: sed mor-

tuo patre populus juniorem expulit, majori sceptrum restituit.

Anaxandri quoque Rex Lacedaemoniorum Cleomeni primogenito regnum ademit, ut regnaret junior, non sine magno populi dolore, quod virtutis speciem gentium jura pertumperent. Herod. lib. 4.

Atreum in Thyestem pater armavit, cum juniorem diademate cinxisset, ac funestissimis patriciis domum feceravit.

Alphonſus X. Rex Castellonum, cum natu juniorem Regem propterea denotasset, quod ex fiderum inspectione regno magis idoneum arbitrareretur: primogenitus illam sibi injuriam sic ultus est; ut fratre interempto, patrem etiam carceribus conclusum dolore concepto necaret.

Confimili ferè exemplo Gabriel Marchionis Salustiarum F. fratrem natu majorem, matre annuente, in vincula conserat: hic tamen effraſis carceribus principatum recuperavit, & exacto fratre, matrem isdem angustius, quibus fuerat ante conclusus, mancipavit.

Gallia etiam tota bellis civilibus exarſit: propterea quod Ludovicus Pius Carolum filium, uxoris illecebris persuasus, Lothario primogenito detulisset.

ETIAM IN SUCCESSIONE.

Liquet id ex duobus filiis Alexandri Regis Judaorum. Eo enim mortuo, uxor ejus Alexandra, quae duos illos ex Alexandro genuerat filios, natu maximum Hircanum, & propter atatem declaravit Pontificem: & quod praeterea senior effectus, quam ut potestate regia molestem Aristobulum privatum vivere maluit, quod ferventioris effectus ingenii. Attamen mortua Alexandra Aristobulus regnum sibi usurpavit: donec post ingentes clades, & praesidi Pompejo victus, & captus est, & regnum Hircano restitutum.

Narrat Pausanias graecae diem ob eandem causam his verbis Ptolemæus, qui Philometor est dictus, octavus Rex Aegypti à Ptolemæo Lagi filio. Id autem cognominis per illustriorem factus est: neque enim illum majori odio mater persecuta fuit, cum nec Regem salutaris sit passa, & ut in Cyprum ablegaretur patre adhuc vivente, effecit; ut hac ratione Alexandrum natu minorem in Regem Aegypti crearent, & Ptolemæo magis esset formidabilis. Idcirco Eunuchos aliquot studiosè vulneribus fœdatis pro concione adduxit, insidias à Ptolemæo factas sibi inquam. Unde parum abfuit, quin Alexandri Ptolemæum opprimerent: & fecissent, nisi se periculo eripuisse. Haud multo post reversus à Cypro Alexander Rex est salutaris. Sed Cleopatra dignam suo scelere poenam incurrit. Nam à filio, quem ad regnum evertat, interempta est. Quo scelere cognito fuga sibi consuluit Alexander, & Ptolemæus revocatus, regno, quo excefserat, potitus est.

Scribit Justinus de Prusia Rege Bithyniae, quod cepit consilium interficiendi Nicomedis filii, dum consilere studeret minoribus studiis, quos noverca ejus susceperat, & Romæ habebat; & rem manifesta, adoleſcenti ab his, qui facinus susceperant accitum in patris regnum venisse, statimque Regem appellatum: Prusiam regno spoliatum à filio, privatumque redditum, & à servis derelictum, & cum in lateribus degeret, non minori scelere, quam filium occidi jufferat, à filio interfectum.

Prætulit aliquando in successione regni Pharnaces filius suis H Michridatem fratrem, tanquam magis utilem Parthorum regno, contra morem gentis. Sed non diu apud ejus stirpem directam remansit, sed à filio ejus in patrum translatum fuit imperium.

Valer. Maximus, narrat, Scipione Africano patris, & patri memoriam gladiatorio munere Carthagine nova celebrante. Duos regios filios, nuper patre mortuo, in arenam processisse, pollicitoseque se illic de regno praeturos, quo spectaculum illud illustrius pugna sua facerent. Eos Scipionem monuisse, ut verbis, quam ferro dimicare mallet, uter regnare deberet: ac cum jam regnum natu consilio ejus obtemperaret, minorem corporis viribus fretum, in amentia perſiſſiſſe, in quo certamine pertinacior impetierat fortuna judicio morte multatam. Sic ille, cui consentire videretur Livius, qui tamen hos fratres patre uelis dixit, Corribus, & Orſiam de principatu civitatis, quem ibidem ducebant, disputantes: & deinde duello terminantes successione eventum.

\* Prim-

\* Princeps. Principatus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Princeps, Graecè ἀρχή, & ἀρχή, principatus dicitur. Princeps alquando primum significat, & est adjectivum. Macrobi. Qui gradus inter eos princeps habebatur. Aliquando optimatē, unde civitatis princeps dicitur, qui Rempublicam administrat.

Hic variis nominibus principem designant. I. Negidib. dux, princeps, praecipuus, eximius, qui coram populo est, & ei indicat quid sit faciendum, à verbo Negidib, indicavit coram, demonstravit, & cum digito representavit, ostendit. Negidibim duces, principes, Psal. 76. v. ult. & Prov. 8.6. Negidibim pro rebus praecipuis, & eximius sumitur. II. Nati, princeps, praetator, persona super alios eminens, à verbo Nat, levavit, cujus passivum Nissa signifi. elevatus est, portatus est: ut in clypeis, curribus, equis viri principes attollebantur. Nescibim Principes, Excelſi, Eminentes viri, atque velut ex alto ceteris hominibus imperantes III. Reſb, caput, capitaneus, metaphorice praecipuus, fumus, qui est caput, & initium aliquid rei: Num. 144. Rbifcon, primus, prior, B anterior, Job. 16. 7. Eſa. 44. 6. Rbifconim, priores, Reſchib. principium, initium Gen. 11. Merasſebob, Cervicalia, quae ponuntur sub capite, & ornamenta capitis, ut cidaris, tiara, diadema, corona. Pauperem Hebræi vocant, & Reſeb à verbo Reſeb. Quid vero principem à paupere dixerint? certe mors sceptri lignonibus aequat. IV. Sar, princeps, dux, primus, superior, Exod. 2. 14. 2. Reg. 9. 5. Dan. 10. v. ult. Sarim, principes Psal. 148. 1. 1. Sarob, domina, Lament. 1. id est, Sarob, domina, principes mulieres. I. Reg. 11. 3. Nomen uxoris Abraham Sarab, Genes. 17. 14. Sar deducitur à verbo Sarar princeps fuit, principem eſſe, principatu functus est, superior fuit, prevaluit. Prov. 8. 16. Eſh. 1. v. ult. Ofce 12. 4.

Alia primatum, principum, magistratum nomina suis locis indicata sunt. Princeps dicitur, qui aliquot urbes, seu civitates sub se tenet, & possidet. Dicitur princeps, quasi primus caput, & principatus, dominatus, vel imperium. Regna autem dicuntur, in integrè regiones, quae à Rege possidentur. Hinc Reges à regionibus possessis dicit: Ita Gallia regnum, & dicitur Rex Galliae, qui praesidet: item Bohemia, Ungaria, Polonia, &c. dicuntur & principes, optimates civitatis, qui Rempub. administrant. Nonnunquam Principes vocantur domique, sic Augustus primus, Nero princeps, Cæsar princeps notatur. Unde principatus derivatur pro dominatu, Graecis ἀρχή dicitur, & ἀρχή principatus vocatur & Imp. princeps, ff. de consuet. princ. per totum, princeps id est, primum locum tenens, Extra de elect. cap. cupientes in pan. lib. 6. c. ubi Joan. Andr. C. de principibus agror. in rebus l. 12. Princeps est divina ordinatione ad regendum populum institutus, 8. q. 1. c. Ergo. Et ejus officium est cogitare de utilitate communi, deinde singularum. Item prospicere illum oportet, ut subditi in pace securi, ac tranquilli vivere queant; n. Authen. de hered. l. fal. cid. collat. 1. ubi, quid princeps. Principes civitatis dicuntur magistratus, ff. de offic. pal. Spadonem, §. si civitatis. Item principes pro majoribus officialibus accipiuntur in jure, C. de offic. divoſ. judic. l. sui. Dicitur & Papa princeps, & praetor, extra de Reg. Jur. cap. 2. 25. dist. cap. Ecclesiae Principes. Vide Egid. in tractatu de regimine principum.

\* PRINCIPUM DOTES, ET MORES

IN GENERE. Expresſit hos Claudian. alloquens Theodos. Tu licet extremos late dominare per Indos Te Medus, te mollis Arabs, te Ceres adorent. Simeruis, si prava cupis, si duceris ira: Servitii patere jugum, tolerabis iniquas Interius leges: tunc omnia iure tenebis, Cum poteris Rex esse tui: proclivior usus In peſora datur, suadetque licentia luxum, Illecebrisque effrena favet tunc vivere castè Aſperius, cum prompta Venus: tunc durius iura Consulimus, cum pona patet, sed comprime motus: Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit, Occurrat, mentemque domet respectus honesti. In eandem sententiam scribit Seneca Traged. 2. Regem non faciunt opes. Non velis Tyrie color. Non frontis nota regie. Non auro nitidae trabes.

Res est, qui posuit metus, Et divi mala peſtoris. Quem non ambicio impotens, Et nunquam stabilis favor Vulgi praecipitis movet. Quem non lancea militis, Non strabus domuit Chalybs: Qui tuto postus loco Infra se videt omnia, Occurritque suo libens Fato, nec queritur mori, Reges conveniat licet. Rex est, qui metuit nihil. Hoc regnum sibi quisque dat. Non capit regnum duos. Habere regnum casus est, virtus dare.

Non decet Principem in aliis audiendo, spectandoque, & usu ceterorum sensum esse similem, sed tantum debet in ratione vivendi excellere, quanto eminentiore fortuna illum constituit, semper, & ubique majestatis meminit, tanquam pastorem, gregi praepositum, & undecumque dicitis, factique in melius proficere debet. A natura in puppi cella collocatus: ad gubernacula: regat navim qua generis humani falus vehitur, non aliunde magis voluptatem capiendi, quam à subditis per illum aditus aliquo beneficio. At alius enim alia exiguntur, vel privatim, vel publice; A Principe proprie expectantur bona consilia, quorum executio proſit subiectis populis, utque larga manu, ac mente sua bona impartiat, his tantum exceptis, quae ob incertos casus servari providentia postulat. Philo Jud. de leg. ad Cajum.

Quinque ob causas magis pii esse debent Principes subditis suis, quos regunt. Primo quod plura ad peccandum habeant incitamenta, & occasiones, ac sciant se ab hominibus non facile, sed immediate à Deo punitum iri. Secundo, quod plura possunt amittere, quam subditi. Tertio, quod hi illorum exemplo doceantur. Quarto, quod Deo majorem rationem ceteris sint reddituri. Quinto, quod favor, felicitas, vel infortunia, ac mala à nemine ipsis evulgentur, quam ab ipsa praepotenti, & iusto Deo. Anton. de Guarentia in horologio principum, ex emendatis.

Principi nihil periculosius est quam si quamplurimè eum contemnant, vel oderint, vel nimis invideant: contempni vitatur scientia, gravitate, integritate: odium innocentia, & humanitate lenitur: invidia munificentia, magnificentiaque sedatur. Marſil. Fic. in ep. lib. 5.

Principis domus esse debet Dei templum, prudentiae oculus, liberae justitiae, fortitudinis sedes, regula temperantiae, honestatis exemplar, charitatis splendor, fons gratiarum, musarum chorus, oratorum, poetarumque Gymnasium, Philosophorum, Theologorumque sacrum, prudentum senatus, ingeniorum fomentum, primum literatorum, pauperum mensa, bonorum spes, refugium innocentum, praedium miserorum. Ibid.

Abſque Virtute Princeps magnam famam habere potest, non potest bonam: sed nec firmam, aut diuturnam potest, nisi nixa sit eo fulcro. Ex praefat. milit. Rom.

Ne tibi persuadas, cuiquam esse magis, quam tibi philosophandum: nec id aliam ob causam magis quam quia Rex es. Est enim Regis posse homines conservare, ac beneficiis afficere. Idem autem facturum sciri necessarium fuerit, quid homini bonum, aut malum sit, quid jubeat, quid obſit, quid utile, aut inutile. Siquidem pereunt, qui in mala incidunt servantur, qui bona consequuntur, & beneficiis obstringuntur, qui his digni iudicantur, quae juvent, utiliaque sint: contra male afficiuntur, qui in damnosa, atque inutilia impelluntur. Quid sit autem bonum, aut malum, utile, aut inutile, quid conſerat, aut obſit, non alterius est discernere quam philosophi: quippe qui in eo ipso continuo versantur, huic uni rei studet, ut percipiat, quae quid ad hominis felicitatem, aut infelicitatem pertinet. Conſtat igitur, philosophari Regem oportere. Masſon quod oportet etiam reges philosophari.

Præterea decet, aut potius necesse est, regem ita subditis jura administrare, ut ne quisquam plura quam pat fit, aut pauciora consequatur: sed ut meretur unusquisque, ita vel honore, vel poena afficiatur. Quomodo autem quisquam hac iustitia non praeditus efficeret? Iustus verò quo pacto quis esse poterit, si iustitia quid sit, ignoret? Est igitur rursus Regi, & hanc ob causam philosophandum. Nec enim absque philosophia iustitiam iustumque tenere unquam existimabitur. Etenim haud dici potest,

potest, quod qui didicit iusta non magis ea intelligat, quam illi qui non didicit: neque quod non sint huiusmodi rerum imperii omnes, qui nunquam philosophari sunt. Quo fit, ut homines inter se contendunt, ac di-gladiantur, dum alia iustitia esse asserunt. Certe super illis, quae sciunt homines non solent differre. Neque enim de albis, nigris, calidis, frigidis, mollibus, aut duris contendunt, sed de eusmodi eandem omnes sentiunt, & loquuntur. Quare etiam de iustis contententur similiter, si nolent ipsorum naturam: sed interim dum concordat non sunt, ignorantiam suam arguunt. Ne tu quidem (ut mihi videtur) huius inscitiae es expertus. Quapropter huic cognitioni operam dare debes magis, quam alius quampiam: idque tanto diligentius, quanto turpius est regem, quam hominem privatum iustitiam ignorare.

Ad haec, tum regem ipsum temperantem esse oportet, tum subditos eusmodi reddere: ut ipse modestus imperet, ac subditi pareant decentius: neutri autem delictentur. Perniciosa enim est voluptas & principi, & privatis omnibus, id est, voluptas, & sumptus declinare docet: verecundiam servare, linguamque competere adfaciat: modum, ordinem, elegantiam, & honestatem parit: denique decorum in gestu, habituque conciliat. Quae cum homini insunt, cum gravem, ac temperantem reddunt. Quapropter & Rex ita instructus, maxime Deo similis, & venerandus existit. Kai dñ x̄i βασιλεύς, & x̄i βασιλεύς, & x̄i βασιλεύς, & x̄i βασιλεύς. Ut autem quisquam intrepidus sit, audens, & minime formidolosus id praestat fortitudo: quae nemini utique inesse potest, qui in morte, ac labore nihil inesse mali sibi non constant perferat. Haec enim, mors inquam, & labor, homines perterrefaciunt, & a mente deturbant, cum pro malis habentur. Quod autem mala non sint, sola docet philosophia. Quare si fortitudo regibus est acquirenda, ut omnino est, praestudis philosophari debent, cum fortes aliter evadere non valeant. *Mufonius, quod oportet etiam reges philosophari.*

Laudetur vero hic Imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur? Quando? aut hic cui tandem libero imperabit, qui non potest cupiditatis suis imperare: Res ferretur primus libidines, spernat voluptates, iracundiam tenet, coercet avaritiam, & ceteras animi labe repellat. Tum alius incipiat imperare, cum ipse improbilis Dominus dedecori, aut turpitudini parere desierit. Dum quidem his obediunt, non modo Imperator, sed liber habendus omnino non erit. *Cic. l. Paradox.*

Qui imperare cupiunt, duo sibi proponere in primis debent: unum, ut sint liberales: alterum, ut clementes: Princeps enim, qui liberalitatem exercuerit, ex hostibus amicos, ex alienis suos, ex infidis fidos faciet: peregrinos etiam, & in extremis terris agentes, ad sese amandum alliciet: Utraque autem princeps Deo maxime similis efficitur: cuius proprium est beneficiare omnibus, parcere delinquentibus.

Qui aliis praestit, omnino vacuus esse debet affectibus: Ira namque rectum quid sit cernere non patitur, odium ad iniqua impellit, amor iudicium impedit, trahit ad vim inferendam libido, stimulat ad vindictam dolor, invidia praecipitanti agit. Maxime autem hominis est, & eius praestitum hominis, qui principatum gerat, praesenti animo in adversis tui, nec adversanti fortunae succumbere. *Ponta. Terminus, de Principe.*

Eleganter *S. Augustinus* instruit Christianum Principem, dum virtutes illas, a quibus laudandus enumerat, quantumque ab Ethnicis differre debeat, docet. Sic ait: Neque nos Christianos quondam Imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt: vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes Reipublicae domuerunt, vel inimicos cives contra se insurgentes & cavere, & opprimere poterunt. Haec enim alia huiusmodi arum nosse vitae, vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores demoniorum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quo pertinet isti. Et hoc de misericordia feliciter factum est, ne ab eis qui in eum crediderunt, haec tanquam summa bona desiderarent. Sed felices eos dicimus, si iusta imperent, si inter linguas se sublimiter honorantium, & nimis honorabiliter salutantium, & sibi nimis hu-

militer obsequentium non extollantur, si se homines esse meminerint, si potestate sua ad Dei cultum dilatandum, maiestatique eius famulari faciant, si Deum timent, diligunt, colunt, plus amant regnum illud, ubi non timent habere confortes, sitardius vindicant, facile ignoscunt. Si eandem vindictam pro nequitia tendunt, sed ad spem correctionis indulgent. Si quod asperit coguntur plerumque decernere, misericordiam lenitate, & beneficiorum largitate compensant. Si luxuria in eis tanto castigatur, quanto potest esse liberior, & si haec omnia faciant non propter favorem inanis gloriae, sed propter claritatem felicitatis aeternae. Si propter peccata sua humilitatis, & misericordiam sacrificium Deo vero immolare non negligunt, tales Christianos Imperatores dicimus esse felices: interim spe, postea re ipsa futuros, cum id, quod expectamus, advenit. *Lib. 5. de civ. Dei, cap. 24.*

PRINCIPIS OFFICIUM.

Ego arbitror decere principem subditis antecire non vita deside, & laborum experte, sed eo quod rebus provideat, laboreque lubenter subeat, *Xenoph. de patria Cyri, lib. 1.*

Decet principem non se bonum praestare duntaxat, verum etiam pro subditis vigilare, ut quam optime evadant. *Idem l. 2.*

Principis partes sunt, ut praestitum ipsam Reipubl. formam conservet: quod non minus in eo positum est, ut ea ab omnibus ei non convenientibus rebus abstineat, quam ut omnia ad eam spectantia ei assiat adint. Sed princeps, qui vel remittit, vel intendit suam potestatem, non iam regis, aut principis dignitatem tuerit: sed vel populo servit, vel Dominus fit, eoque aut contemptum sui, aut odium in subditis creat: quoniam tamen peccatorum alterum ab aequitate studio, humanitateque, alterum a sui amore, fastuque profectum iudicatur. *Plut. in comparat. Theop. & Romul.*

PRINCIPUM ORNAMENTUM.

Duo sunt, quae ab egregiis principibus expectantur, sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia. *Aurel. V. lib. Augusti.*

Competitum est, eruditionem, elegantiam, comitem praestitum Principibus necessarias esse, cum sine his naturae bona, quasi incompta, aut etiam horrida, despectui sint, contraque ea Perfarum Regi Cyro aeternam gloriam paraverint. *Idem G. lib. de Caesaribus.*

PECCATUM QUAM GRAVE.

Non tantum mali esse peccare principes (quantum est magnum per seipsum malum) quantum illud, quod permulsi etiam imitatores principum existunt. Nam licet videre, quaeque mutatio morum in principibus extierit, eandem in populo secutam. Nobilium enim vita, victuque mutata, mores civitatis mutari solent. Nec solum vitia concipiunt ipsi principes, sed ea insunt in civitatem: neque obliunt, quod solum ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpant, plusque exemplo, quam peccato nocent. Pauci enim, atque admodum pauci honore, & gloria amplificati, vel corrumpere mores civitatis, vel corrigere possunt. *3. de Leg.*

DE EODEM ARGUMENTO EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA.

Cinesas videns Alexandrum Magnum a pharmaco, quod sumperat, vehementer turbatum: Quid, inquit nobis faciedum est, cum vos dii talia patiamini? Alexander autem agere atollens oculos. Quales, inquit, dii sumus? metuo ne diis invisi. *Eras. lib. 6. Apoph.*

Antiochus cum in venatu quodam feram insequeretur, abstrans ab amicis, ac famulis, in casam pauperum quorundam, quibus ignotus erat, introit, atque inter coenam, injecta mentione Regis, audivit, quod ipse quidem peccans esset, sed plerisque functiones mandaret amicis inopribus, ipse ad frum facta convivens: tum quod immo dieo venandi studio frequenter necessaria negligeret. Ad haec tum temporis nihil respondit, nec quis esset, prodidit: verum ubi dulculo satellites venissent ad casam, jamque agnoscerent, allata purpura simul cum diademate: Age, inquit, ex quo vos indui, heri primum vera de me ipso audivi. Nam ferre hoc studio est his, qui vivunt in aulis principum, ne quid audiant nisi blandum auribus. *Plutarch. Apophthegm.*

Capo minor pessimum dicebat esse principem, qui imperare sibi ipsi nequiret. *Stob. serm. 44.*

Galienus

Galienus Imp. Provinciarum defectionem, quasi levissima rum rerum iacturam, ioco solebat eludere. Cum enim nuntiatum esset: Aegyptum defecisse: Quid, inquit, sine ligno Aegyptio esse non possumus? Cum vastatam Asiam Scytharum incursionibus accepisset. Quid, inquit, sine aphronitro esse non possumus? Perdita Gallia, arripit, dixitque: Non sine trabecis sagis tuta Respublica est? Pessimi Principis voces, cui quicquam potius est Repub. Trebell. Polio.

Pythagoras ita imperandum esse Principi dicebat, ut venterur magis, quam metatur. Reverentiam enim admiratio, timorem odium comitatur. *Stob. serm. 46.*

Cleobulus felicem existimabat Principem, qui nemini conversantium fibere dederit. *Stob. serm. eod.*

Pittacus cum demum Principem laude dignum existimabat, qui efficit, ut subditi metuant non ipsum, sed pro ipso. *Ibid.*

Bias optimum Principem pronuntiabat esse, qui utatur patrie legibus. *Ibid.*

Chilon optimum esse Regem dixit, qui operam dat, ut non metatur. *Eod. serm.*

Thales pronuntiavit, Principis felicitatem existimare esse, ut vitam obiret, postquam consuevisse iuxta naturam. *B. Ibid.*

Socrates dicere solebat cum esse optimum Regem, & Principem, qui a propriis affectibus temperaret. *Phavorin.*

Plato. Tum demum beatum terrarum orbem futurum praedicavit, cum aut sapientes regnare, aut Reges sapere coepissent: Plato ipse epist. 7. Cic. epist. ad Q. fratrem. Val. Max. lib. 7. cap. 1. Agapetus ad Justin. C. 6.

Isoocrates dicebat, optimum Principem semper imitari eum, non qui maximum imperium acquisierit, sed qui optimè praesentibus usus fit. *Anton. in Meliss. part. 2. serm. 1.*

Anacharis, Bonum Principem iudicabat eum esse, qui non solus prudens sibi videretur, sed bono, & iusto aliorum consilio libens acquiesceret. *Stob.*

Philomis dictum est. Si vis bonus esse Rex, cum fortitudine benignitatem, & mansuetudinem serva, ut non formidolosus, sed reverentia dignus tuis subditis videaris. *Phavor.*

Bion, Oportere bonum Principem a magistratu discedentem non ditorem, sed clariorum evasisse dicebat. *Stob. serm. C. de magis.*

Agathon dixit, Principem oportere trium meminisse: primum quod imperet hominibus, deinde, quod secundum leges, tertio, quod non semper imperet. *Eod. serm.*

Mutonius dicebat, conandum esse Principi, ut verendus potius subditis sit quam metuendus: illum enim gratuitas sequitur, hunc inhumanitas. *Stob.*

Ad Agidem, Archidam filium cum quidam dixisset, Philippum effecturum, ne Lacedaemonis pater iter in Graeciam; Nobis, inquit, o hospes, nostra patria sufficit ad illic vendendum. Pectus ad utrumque paratum: & ad profertendum imperium, si contingat, & ad boni consulendum fortunam licet mediocrem, cum plerumque Principes id, quod obtingit, male admittunt, nec ullis latentur ditionis accessionibus. *Plut.*

Agessilaus, licet Lacedaemoniorum Rex esset, post multa egregia facta, nequaquam sibi Principatum, sed tum Rempublicam locis, & amicis Reip. gerere dicebat. Quo dicto doctere voluit, ita demum, qui potitur imperio, verè, legitimeque imperare, cum & ipse parat imperium legum, & eorum, qui in Republica magistratu funguntur. *Plut. in Lacon. Apophth.*

Idem, Illud assidue in ore habuisse fertur, Principis esse non molire, delicatise, sed temperantia, ac fortitudine privatis hominibus antecellere. *Idem ibidem.*

Fridericus Imp. tum demum salvam Rem. fore dicebat, si Senatores de rebus consultaturi, in vestibulo curiae simulationem, ac dissimulationem deponerent. Si enim & ipsi rectè consulerent, & iudici inter consilia iudicare non difficile esset. *Aeneas Sylv. l. 3. Comment. de reb. gest. Alphonf.* Idem in introitu rogatus, quum sibi charissimum esset: Qui, inquit, me non magis quam Deum ipsum timent. Deprompta sane ex Christiano peccatore sententia: in primis enim timentus Deus, Rex Regum, & Dominus Dominantium. *Idem ibid. lib. 4.*

Ortho Syllivius, cum videret, aut dependendum imperium, aut magna civium suorum frage tuendum, statuerat sponte mori: verum dehortantibus amicis, negavit se tunc facere vitam suam, ut ob hanc quendam suorum interire cuperet. *Eras. lib. 8. Apophth. ex Plut.*

Alphonfus, Eos demum Principes magnificendos dicere solebat, qui iustitiam probe, excoerentis haec enim, in quo fuc-

rit eius imperium, a quo omnes animo patiuntur, illiusque moderationi sese etiam sponte subiciunt. Ut de Cyro illo legitimus, quem non iusticiae solum, sed omnium etiam regiarum virtutum exemplum fuisse apud suos, creditum est. *Panorm. lib. 1. de reb. gest. Alph.*

Idem, cum Principem mirum in modum probat, cuius simplex verbum tantum ad fidem valeat, quantum privatorum hominum iurandum. Sensit autem, non vulgarem Principis virtutem esse stare verbis: & factu praestare id, quod verbo semel promissit.

Idem illud quoque assidue in ore habuisse fertur: Tanto privatis hominibus Reges meliores esse debere, quanto honoribus, & dignitate antecellerent. *Idem l. 4.*

Idem, apud Alphonfus aulicos cum de gerendo principatu esset contentio, Rex per difficilem rem sibi principatum videri, vel eo maxime dicebat, quod principum vita popularibus exemplo cedat, illis quidem ad vitia quam ad virtutes proclivioribus. *Idem l. 2.*

Idem, Cum praeterea de Principum vita, & moribus disceptasset, dixisse fertur, Principibus non modo sua causa a peccato abstinentum esse, sed multo etiam magis, ne sua vitia infundantur in cives suos: Quanto etiam flagitium conspectus, tanto offencilum gravius. *Panorm. F. lib. 2.*

Idem, Praeterea cum de subditorum moribus disceptarent, Alphonfus respondisse dicitur: Veluti ad Solis motum: ita populares semper Principum mores verti, atque formari. Vulgus enim imitatur, quod a Principibus conspicit factitari. *Ibid.*

Idem, Regem illiteratum, ac indoctum nil aliud nisi asinum coronatum esse dicebat. *Aeneas Sylv. l. 1. comment. in Alphonf. res gest.*

Idem, Commemorantibus quendam ex Hispania Regibus dixisse, non decere Principes viros scire literas, exclamavit: Eam vocem bovis esse, non hominis. Non omnes litera conveniunt Principi: sed ea, quae politice tradunt, aut ethice, quaeque recte ac fecus gestorum exempla commostrarant, id quod facit Hist. *Ibid.*

Idem, Audiens ab agricultoribus, mala punica, quae natura acra essent, arte, & diligentia fieri dulcia: Cur non etiam nos, inquit, cives, & populares nostros ingenio malo pravosque praeditos, industria, & labore meliores reddimus? Inuit autem, & populi mores vix esse tam pravos, quin ritè gubernamentum studio, labore, & industria meliores reddi queant. *Panorm. lib. 4. de reb. gest. Alph.*

Idem reprehensus quod parum regaliter incederet, respondit: se malle moribus, & auctoritate Regem videri, quam diademate, & purpura. *Ibid. & Eras. Sylv. de did. Alphonf.*

Agessilaus, Si quid esset, quod per milites celeriter confici vellet, primus ipse sub oculis omnium operas aggrediebatur: quo vel pudore ad industriam extimularentur. Efficacissimum exhortationis genus, Principem hoc facere, quod ab aliis fieri velit. *Eras. ex Plut.*

Idem, Cum parum instructus esset equitatu, Ephefum sese recepit: ibi opulentis denunciavit, ut quicumque pro se virum, & equum praebere, aut militia esset immunis, Haec arte factum est, ut pro ignavis, ac timidis divitibus brevi colligeret & egros, & viros strenuos, ac bello idoneos. Qua quidem in re dicebat sese Agamemnonis exemplum retulisse, quod is, accepta equa generosa, virum divitem, sed ignavum militia expulisset. Haec sunt artes excellenti Principe dignae, quibus efficitur, ut quod ad Reip. dignitatem, incolumitatem necessarium est, non per violentiam invidiosam extorqueat, sed ea dexteritate impetret, ut nec tenues gravet, & ad ditioribus etiam gratiam ineat. *Plut. in Lacon.*

Agasicles, cuidam ab eo sciscitanti, quo pacto posset aliquis tuto imperare nullo stipatus satellitio? respondit: Si sic imperet suis, quem admodum pater imperat liberis. Nemo pluram dixit unquam maiore compendio. Domini tantum timentur a servis, & mali metu coercentur, quos non corrigit pudor. Pater quoniam liberis consulit potius quam sibi, diligitur ab illis: sicut auctoritate comitatur reverentia. Adversus hos adeo non est opus satellitio, ut non aliud sit satellitium fidelis illorum stipatus. Quod si Rex benevolentia, ac beneficiis adiungeret sibi civium animos, non esset opus barbarico, conductivoque satellitio, sed nullos haberet corporis sui custodes tutiores, quam cives, erga quos pariter gereret animum. Porro, quibus placeat hoc dictum. Oderint, dum metuant, nullos magis habent suspectos, quam quibus oportebat maxime

ximè confidere: ac multos metuat oportet, quem metuunt A multi. *Plut.*

Pompejus Magnus, cum Mamertinis, quod hostium partibus adhaesissent, interficere omnes statuisset: Sthenius ejus civitatis Princeps Pompejum adit, & his verbis aſtutus est: Non aequum facis, Pompei, qui propter unum noxium multos innocuos occidere paras. Quo audito, Mamertinis pepercit Pompejus, civitatemque, & Sthenium liberavit. Habes autem hic in Sthenio exemplum, quem animum erga Rempublicam oporteat habere Principem, si in periculum incidat: in Pompejo autem placabilitatis argumentum, qui viri boni malecric habere rationem, quam indulgere iræ. *Plut. in Apopht.*

Augustus Imperator: cum apud Liviam uxorem solus conquereret de hominum infidiis, quæ hinc inde etiam vigilantissimi fruterebant. Mirum non est, respondit Livia, quod tibi parentur infidiæ, partim quod id non sit alienum à natura, partim quod magno imperio multa facias, ex quibus par est, plerisque molestiam capere. Princeps enim non potest omnibus placere: sed etiam quantumvis rectè imperet, cum multos irasci necesse est. *Dian. in Augusto.*

Tiberius Præfidiis onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit: Boni pastoris est, condere pecus, non deglubere. *Sueton. in Dion.*

Hadrianus Imperator in Senatu frequenter dicere solebat, se sic gesturum principatum, ut sciret rem populi esse, non suam privatam. Nimirum attingit hoc, quod unum distinguit Rege à Tyranno.

Aneas Sylvius audiens Alphonsum Aragonum Regem neminem ex suis ledere, respondit: Justus Principis esse; non solum neminem afficere injuria, sed & eos, qui damna hominibus sine justa causa inferunt, si possit, prohibere. Nam teste Cicerone, qui aut non obstitit, si potest injuriæ; tam est in vitio, quam si patriam, aut parentes deserat. *Aneas Sylvius l. 2. Comment. de reb. gest. Alphonsi Regis.*

Gaspar Schlick trium Caesarum Cancellarius, optare se dicebat. Omnes Reges aliquando privatos, pauperesque fuisse. Neque enim satis miseretur, qui nunquam fuit miser. *Ibid.*

Xerxes Leonidæ scripserat: si desinas *Σεπυγίαν*, id est, cum diis bellare, sed meis te copiis adjuveris, potes Græciæ fieri Monarcha. Huic respondit Leonidas: Si novisses, quæ tunc in vita honesta, abstinuisse à concupiscendis alienis. Mihi verò potius est pro Græciâ mori, quam in populares meos gerere monarchiam. Quid tam impium, quod mortalium vulgus non admittat amplius principatus gratia? At hic prius duxit honestam mortem pro amicis liberandis optere, quam monarcha factus eos servitute premere, à quibus venerat depulsum servitutem barbarorum. *Plut. in Lacon.*

Theopompus interroganti, quo pacto quis regnum tutò possit tueri? Si, inquit, amicis concedat justam libertatem, pro viribus interitum advigilans, ne subditi afficiantur injuria. Multis Principibus exitio fuit, quod amicis nihil non permitterent, cives injuria affectos negligenter. Hic temperantia adhibenda est, ut Princeps ne amicos alienet tyrannica severitate, nec patiatur illos regia familiaritate abuti, ad quidvis audendum præter jus adversus plebejos, qui nimirum irritati, sæpè Reges suos excusserunt. *Plut.*

Idem Theopompo Lacedæmoniorum Regi cum dictum esset, eo tempore bene Lacedæmonis esse, quo bene regere D Reges didicissent: respondit, id potius accidere, quod subditi parere didicissent. Ostendens, bonam popularium urbium administrationem, non tam in Principum regimine, quam in popularum obedientia consistere. Nam si populi in diversum à Principibus traherent, difficultissimum arbitrabatur esse, ut Principes optime gubernare possent. *Idem.*

Cyrus dicebat: Neminem debere imperare, qui subditis suis non esset melior: Principemque non decere esse inferiorum, neque intelligendo, quæ opus sunt, neque gerendo, quæ tempus expostulat. *Idem.*

Pythagoras dicere sæpè numero solitus est, similia esse boni Pastoris, & boni regis opera. Boni igitur Pastoris cum sit, bene pacere gregem, omniaque mala ingruentia avertere: sic ad bonum Regem spectat, ut diligenter gubernet cives sibi à Deo conceditos, omniaque legibus prohibeat, quæ in Reip. perniciam ingruere videntur. *Xenophon.*

Xenophon, in *Oeconom. istud*, inquit, opinor, magnum esse argumentum virtutis in Principe, si subditi ipsam libenter sequantur, & in periculis una perseverent.

Philippus ajebar, oportere meminisse Principem, quod homo existens, potestatem adeptus sit divinam, ut res honestas, & divinas instituat, sermone autem humano utatur. *Stobæus serm. 48.*

Alexander interrogatus, quis optimus Princeps esset? Qui, inquit, amicos domis retinet, & inimicos beneficiis amicos facit. *Ant. in Meliss. part. 2. serm.*

Alexander Severus cum ab amicis reprehenderetur, quod immemor Majestatis Imperatoris, non pretiofo vestitu, auro, gemmisque corpus etiam ornaret, respondit: Principatum, ac imperium in virtute esse, non corporis decore. *Ibid.*

Philiscus ad Alexandrum dixisse fertur: Ad gloriam incumbere, verum ea conditione, ne sis pestis, vel magnus aliquis morbus, sed pax & sanitas. Affirmans per vim, & sævitiæ expugnare civitates, populos excindere, pestilentiam esse: Sanitatis verò, salutisque subditorum rationem habere: ea enim sunt pacis commoda. *Ælian. l. 4. de var. hist.*

Anaxilax Rhegii Princeps interrogatus, quid in principatu felicissimum esse? respondit, nunquam beneficia conferendo vinci. *Stob. serm. 46.*

Plutarch. l. ad Principem indoctum. Tot, inquit, tantorumque bonorum & numerum, quæ diis largiuntur, nullus est fructus, aut usus rectus sine lege, jure, & Principe. Jus finis est legis: Principis opus lex: Princeps autem imago Dei cuncta administrans.

Agellai dictum celebratur, Principibus potissimum ediscendum, Imperatoris officium esse, erga rebellantes audacia, erga subiectos benevolentia uti. Quod idem Maro nobili carmine docuit:

*Taceere subiectis, & debellare superbos.*  
Neque enim verè victor esse, qui iracundia vindictam flagrantem frenum nescit imponere. *Plut. in Lacon. Apopht.*

Seneca bene monet, Illius Principis magnitudo stabilitas, fundataque est, quem omnes tam supra esse, quam pro se sciunt, cujus curam excubare pro salute singulorum, atque universorum quotidie experiuntur. Quo procedente, non tanquam malum aliquid, aut noxium animal è cubiculo proflerit, diffugiunt, sed tanquam ad clarum, & beneficium sidus certatim advolant, obicere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, & subternere corpora sua, si per irragem illi humanam iter ad salutem iterandum sit.

Plinius Principem institutus particulari libro, breviter hæc ei consideranda proponit: Theologia Christianorum tria præcipua quædam in Deo ponit: summam Potentiam, summam Sapientiam, summam Bonitatem. Hunc ternarium pro viribus absolvas oportet. Nam potentia sine bonitate mera tyrannus est sine sapientia, pernicies, non regnum. Primum igitur des operam, ut quandoquidem potentiam fortuna dedit, quam maximam sapientie vim tibi compares, ut unus omnium optime quid expetendum, quidve fugiendum sit, perspicias, deinde ut quam maxime prodesse studeas omnibus, nam id est bonitatis: Potestas autem ad hoc potissimum tibi serviat, ut quantum cupis prodesse, tantumdem & possis, immo plus velis quam possis. Porro nocere hoc minus velis, quo magis potes. *De inst. Priæ.*

Quantum verò momentum in Principe habebat sollicitudo veræ Religionis cultus, verbo expressit Card. Aldobrandinus: Nihil magis spectare decet Principem, quam Religionem. Idque tribus de causis: cum, quia homo est, tum, quia Dei minister: ac denique, quia Reip. rector est, & gubernator. *Ex Henr. Farnes. in Apopht. de Principe. Laur. Bevel. in Apopht. Chris.*

Et quia populi sui obsequium refugere videtur, qui Dei negligit imperium: Maxima ajebar, Principis commendatio in Religione consistit, & verè respicit in inclinata fortuna populus, ubi Principem videt Religionis deditum. *Ibid.*

Eidem adscribitur, quod rogatus, quinam Principum forent cleantissimi: Maxime, responderit, religiosi, quia nihil est Religione clementius. Hinc noluit vetustas deorum simulachra ex lapidibus, aut metallis effingi, quia durior esset illa materia: sed ex ligno, quod ad usum hominum creavit. *Ibid.*

Scificiantique quoque, quid potissimum Principi curandum? Religio, respondit. Instanti, Quid insuper? Ne, ait ea defertur, quæ Religioni debetur obedientia: o si Angliæ Regum peccatoribus insculpta aliquando, & inscripta fuisset hæc imperandi norma! viveret adhuc avitus pietatis cultus, cui jam pridem Noviodunensis pater suum stigma inussit. *Ibid.*

Incunabula Reip. & militaris discipline ab uno Hercule trahi, assererebat superstitiosa vetustas: unde quærent, qualem esse

esse oporteret Principem? respondebat supra scriptus Cardinalis Aldobrandinus: forem, quia imperii tutela fidelissima, Fortitudo.

Interrogatus iterum quo fortitudinis studio duci deberet Imperator? Eo, inquit, quo ferebatur Pelopidas Thebanus. Is enim cum ad expeditionem proficisceretur, momenti militi curæ suæ salutis prospiceret; Hoc, inquit, gregario militi curæ sit: Principem certe decet, non se solum, sed & totum exercitum ad perditionem servare immunitem. *Idem.*

Dixisse eum etiam memoris proditum est: Fortem qui laeſit Principem, suo se gladio jugularet. Ita Branſida vir magnanimus, hæta quam è vulnere eduxerat, suum hostem interemit. *Ibid.*

Ridiculosos eos dicebant viri sapientes olim, qui vocem in questum conferunt, nec officium in deliberando, sed spem sequuntur, est enim consilii obſes, non questus, sed prudentia: Quod ut sapienter idem ille Antistes doceret, dicebat: Consilium est Principatus baculus: sine quo stare non potest, jacere verò potest Princeps. *Henr. Farn. ibid.*

Porro roganti cuidam, quæ armorum genere hostium vis maxime potest reparari? Umbone, dixit, Palladis: quo qui tegitur, lædi non potest. Sanè res bellica sine consilii prudentia nec utilitatem habet, nec laudem. *Ibid.*

Dum Imperatori imbecillo cum robustissimo hoste confingendum aliquando foret, rogatus. Quomodo talis Imperator, se geret, ut victoriam reportet? Ut leopardus, ait, cum leone. Innuebat autem, arti, & consilio magis, quam viribus fidendum. Hinc, *Vermis in Difficili.*

*Conſilio utilis, quam viribus arma gerantur: Militis est robur, consiliumque Ducis.* *ibid.*

\* PRINCIPUM CONDITIO MISERABILIS.

Ostendit hoc Democritus Philosopho Dionysius Syracusanus dum super caput illius mensæ regie accumbentis, ensem nudum equina fœta alligatum suspendit, sic ut imminētis caesus torretur omnem evocet voluptatem, quamvis cultu regio inter aulæ ministros, & delicias medius federet. Regum, Principumque fortem exitalem, & miserandam eo velut fubevato depingens, postquam ille cum extulisset, & fortunam incautus, quod sibi hæc in parte noverca existeret. Sic verè Perlius,

*auratis pendens laquearibus enſis Turpares subter cervicis termit.*

Viderat id Ethnicus Juvenalis, dum postquam varios magnorum principum successus enumerasset, & quam præcipiti cursu humana Imperia ferantur demonstrasset, concludit hunc in modum. *Satyr. 10.*

*Ad generum Cæris sine cæde, & vulnere pauci Descendant Reges, & sicca morte tyranni.*

Cujus etiam fortis deporandam miseriam eruit vel exhinc, quod cum pauperes venena non timeant, eadem tamen in auro bibantur, & poculis gemmatis. *Ibid.*

*Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt. O regorum magis fallax Fortuna bonis! in præcipiti Dubioque nimis excessiva loco,*

*Nunquam placidam seeptra quietem, Certumque sui tenuere diem.*

*Alia ex aliis cura fatigat, Vexatque animos nova tempeſtas.*

*Non se Libycis æquor Furit, alternos volvere fluctus, Ut præcipites regum casus Fortuna rotæ. Metui cupiunt, Metuique timeant: non nox illis Alma recessus præbet tutos:*

*Non curarum somnus dominor Peſſora solvit.*

Cum in curiam à Senatu Nerva gratanter exceptus esset solus ex omnibus Atrius Antonius vir acer, eique amicitissimus, conditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulati se ait Senatui, populo, provinciisque, ipsi autem nequaquam; cui latus fuerat malus semper principis cludere, quam tanti operis vim sustinentem, non modò molestiis, periculisque subici, sed famæ etiam inimicorum pariter, & amorum, qui cum se mereri omnium præsumant, si quicquam non extorserit, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. *P. Diacon. in Nerva hist. l. 10.*

Lautrechius, exercitus Gallici in Infubria Dux, cum ei pe-

cunia ex Galliis non mitteretur, ab Helvetiis auxiliariis deseruit, adeo importunè, ut paulò post victoria, quam speraverat, spoliatus, & à Cæſarianis fufus, fugatusque est. Qua in re optæ pretium est attendere, quantum malignitas, & imprudentia apud principes possit, qui vel negligentia correpti, negotiorum curam deponunt, vel imprudentia in præceptis pulſi, bona consilia à malis per se non dignoscunt: nam cum trecenta coronatorum millia, quæ Lautrechio, (quemadmodum ei promissum fuerat) parata essent, Regis mater non tam potentis ejus augendæ cupidità, quam ut proprii filii commodum oblivioni traderet, eam pecuniam Rege infcio, & per quæſtores in alios usus converti curavit. *Franciscus Guicciard. hist. l. 14.*

Carolus VIII. filii pueruli mortem non ægrè tulisse quidam existimant. Ex quo omnibus fortem magnatum intuentibus, videri necesse est miseriam: sic distrahuntur in contrarias voluntates eorum cupiditates, ut à liberis, eisque infantibus, sibi metuant. *Arn. Ferron. l. 2.*

Cum Rex Carol. VIII. Lugduni esset, nunciatum est ei de infirma valetudine sui filii, quem habebat unicam, ac triduo post allatum fuit de ejus morte. Deploravit quidem ille causam, sed leviter: Erat puer ille annorum trium admodum formosus, & in loquendo audax, neque timebat ea, quæ reliqui formolent. Rex igitur qui corpore erat exiguo, & ingenio parum exercitato, sed alioqui placidissimis moribus, eo levius mortem ejus ferebat, quod metueret ne grandior ille factus, gratiam, & autoritatem sibi inter suos minueret. Hic autem mihi videtur esse magnorum Regum, atque Principum miserium, qui & suis ipsi liberis sibi metuunt.

Ludovicus XI. cum esset annorum tredecim, facta conjuratione nobilitatis, arma sumpta adversus patrem suum Carolum VII. & cum excrevisset, adeo vehementer cepit ab eo diffidere; ut relicto Delphinatu, provincia sua, reciperet se ad Philippum Burgundiæ Ducem. Et cum deinde gravi valetudine affligeretur: ne filio quidem suo, qui tunc erat annorum circiter 14, fidebat.

PRINCIPES BONI.

EX S. SCRIPTURA.

Primus omnium, qui inter Dei cultores principatum adeptus est temporalem, Joseph Jacob Patriarchæ filius fuit. Priores enim Patres ab Adamo, vel agrorum cultores fuerunt, ut Cain, & Noe: vel ovium Pastores, ut Abel, & Abraham, & ceteri Patriarchæ, qui prouide artem rationalia animalia regendi non attigerunt. Joseph autem regnum Ægypti administravit, Pharaone ipsi potestatem faciente, & dicente. Ecce constitui te super universam terram Ægypti. *Gen. c. 41.* Joseph autem, & nomine, & re ipsa Princeps fuit, si non omnium aliorum, & nomina, & typus. Ejus vitam, & virtutes omnibus Principibus imitandas proponit Moyses in *hisp. Genesi*, & post illum Philo, & Ambrosius. Fuit enim singulari vitæ innocentia, continentia, temperantia, Dei timore, & reverentia, operum denique iustitia inenarrabili, modestia in sermone, sensu, cultuque omnia evidentiâ sunt apud Auctores præfatos.

Bonus Prælati Moyses multoties intravit ad Pharaonem pro causa populi, ut eum liberaret de Ægyptiaca servitute. *Exod. 6. 7.*

Populum timentem Moyses confortabat dicens: Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Ore quidem verba dicebat, sed corde Dominum exorabat, sicut apparet ibi. *Exod. 14.*

Clamabat pro populo ad Dominum Moyses, quando muturabat populus contra eum. *Exod. 15.*

Omnia debet retorquere ad Dominum bonus Prælati. Unde dicebat Moyses: Nos enim quid sumus. Nec est contra nos murmur vestrum, sed contra Dominum. *Exod. 16.*

Cum pugnaret Israel contra Amalech, non inuuit Moyses, ad prælium, sed tantum Josue misit famulum suum, & tamen erat ex parte ipsius iustissimum bellum: ipse vero stans in vertice collium, ad orandum Dominum se convertit. *Exod. 17.*

Recessurus à populo Moyses, & iturus ad montem, bonos vicarios dereliquit, videlicet Aaron, & Hur. *Exod. 24.*

Videbatur velle Dominus confundere, & delere populum peccatorem, & promittebat Moyſi magnum statum, & honorem. Et tamen Moyses pro populo suo instanter orabat. Et nota, quanta severitate populum punivit, pro quo Deum tamen instanter orabat. *Exod. 33.*

Moyses distribuit Levitis duodecim boves, & septem plauſtra, quos abstulerant Principes Tribu filiorum Israel, sed nihil

h il dederat filiis Caath, licet magis propinqui, quia propriis  
 A humeris omnia portare debeant. Num. 7.  
 Desiderabat Moyses, quod omnes de populo prophetarent,  
 licet honor suus minui videretur. Num. 11.  
 Post reditum exploratorum dixit Dominus ad Moysen:  
 Quousque detrahet mihi populus iste? Feriam ergo pestilen-  
 tia, te quoque faciam principem super gentem magnam, &  
 fortio rem, quam hic est, sed noluit Moyses ad majorem trans-  
 ferri praelationem. Num. 14.  
 Perente populo, pro murmure, & tumultu, quem facie-  
 bant contra Moysen, & Aaron, dixit Moyses ad Aaron: Tol-  
 le thuribulum, & hausto igne de Altari mitte in incensum: per-  
 gens cito ad populum, ut roges pro eis. Num. 16.  
 Moriturus Moyses sollicitè rogavit Dominum, ut populo  
 de duce idoneo provideret. Nullum vero in speciali voluit  
 nominare. Num. 27.  
 Servituteque Israel Domino cunctis diebus Josue, &c. Bo-  
 nus enim Prælatum multum confert ad populum in via Domini  
 dirigendum. Jos. 24.  
 Samuel judicabat Israel, & ibat circumiens Bethel, & Gal-  
 gala, & Masphat, ut homines, qui eo indigebant, facilius pos-  
 sent ad ipsum habere accessum. 1. Reg. 7.  
 B Dixit Samuel ad populum. Abiit à me hoc peccatum, ut  
 cesset orare pro vobis, & docebo vos viam bonam, & rectam.  
 1. Reg. 12.  
 Videns David Angelum percutientem populum, obtulit se  
 pro eo percutiendum. Vertatur, inquit, obsecro, manus tua  
 contra me, &c. 2. Reg. 24.  
 Audivimus Israel judicium, quod judicasset Rex Salo-  
 mon de duobus mulieribus, & timerunt Regem, videntes  
 sapientiam Dei esse in eo. 3. Reg. 3.  
 Signum est, quod Dominus diligit populum, quando dat ei  
 bonum Prælatum. Unde Regina Saba dixit: Quia diligit  
 Deus Israel, ideo posuit te Regem supra eum, ut facias ju-  
 dicium, atque iustitiam. 2. Reg. 20. 2. Par. 9.  
 Volens Dominus tradere Regem Syriæ in manus Regis  
 Israel, mandavit ei per Prophetam, quod ipse Rex debebat in-  
 cipere prælati. 2. Reg. 20.  
 Quamdiu vixit Jojada Pontifex, Joas Rex Juda fuit bonus,  
 quo mortuo multa mala fecit. 4. Reg. 12.  
 C Ezechias Rex Juda fecit serpentem aneum confringi, eo  
 quod esset populo idololatriæ occasio. 2. Par. 24.  
 Josaphat Rex Juda constituit iudices super populum, & eos  
 valde feliciter, & prudenter instruxit. Videte, inquit, quid faci-  
 as? 4. Reg. 18. 2. Par. 19.  
 Perreperunt cursores cum epistolis ex Regis imperio  
 Ezechie, & principum ejus, in universum Israel, & Judam  
 prædicantes: Revertimini ad Dominum, &c. 2.  
 Par. 30.  
 Orante Efdra, & flente pro transgressione populi, col-  
 lectus est ad eum cæcus magnus virorum, ac mulierum,  
 & flevit populus multo fletu ad exemplum ejus. 1.  
 Esdr. 9.  
 Audita Holofernis potentia, Eliachim magnus Sacerdos  
 circumvit omne Israel, alloquutus eos, dicens: Scitote, quo-  
 niam exaudivit Dominus preces nostras, sicque populum bonis  
 exhortationibus confortabat. Jud. 4.  
 Bonus Prælatum debet esse quasi bonus pater populi sibi  
 commisi. Nam de Eliachim, quem constituit Dominus loco  
 Sobne præpositi, dicitur apud Isaiam: Erit quasi pater habi-  
 tantium in Jerusalem. Isa. 22.  
 D Mortuo Juda Machabeo, emerferunt iniqui in omni-  
 bus finibus Israel, & exhortati sunt omnes, qui operaban-  
 tur iniquitatem: In diebus illis facta est fames, &c. 1.  
 Mac. 9.  
 Cum crederetur occisus Jonathas à Tryphone, quaesierunt  
 omnes gentes, quæ erant in circuitu Judæorum, contere eos.  
 Dixerunt enim: Non habent principem, & adjuvantem, nunc  
 ergo expugnemus eos, & tollamus de hominibus memoriam  
 eorum. 1. Mac. 12.  
 Causa pacis, & boni status sanctæ civitatis, pulchrè dicitur  
 fuisse prudentia, & pietas Oniz summi Sacerdotis, & bonitas  
 subditorum. 2. Mac. 3.  
 Bene restitit Onia Heliodoro volenti spoliare Templum, &  
 deposita viduarum, & pupillorum austeritate. Eodem.  
 Salvator noster Dominus Jesus, ubi se bonum pastorem di-  
 cit, statim causam subiungit dicens: Bonus Pastor animam  
 suam dat pro ovibus. Et post pauca: Animam meam pro ovi-  
 bus meis pono. In quo dat intelligere, quid exigerat ad hoc,  
 quod aliquis bonus Pastor vocari meretur. Joan. 10.

\* PRINCIPES MALI.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ. E  
 Dixit Moyses ad Aaron: Quid tibi fecit populum, ut indu-  
 ceres super eum peccatum maximum? Quasi diceret, mul-  
 tum peccat Prælatum in subditos, quando eorum pravæ ac-  
 quiescit voluntati. Exod. 32.  
 Præcepit Dominus Moysi dicens: Tolle cunctos Prin-  
 cipes populi, & suspende eos contra solem in patibulis.  
 Num. 35.  
 Male corripuit Heli filios suos, quod multum displicuit Do-  
 mino. Et tamen corripuit eos verbo, sed lentè, non viriliter,  
 & severè. Quid ergo de illis, qui in malis favent, vel qui dant  
 eis occasionem peccandi? 1. Reg. 2.  
 Eriam malis Prælati debent deferre subditi, sicut David,  
 qui perussit eum suum, quod præciderat oram chilamydis Saulis,  
 nec aliquid mali voluit facere ei. 1. Reg. 24.  
 Totum pondus prælii versum est in Saul: unde cecidit in  
 prælio, & occisus est. 1. Reg. 3.  
 Propter peccatum, quod commisit David in numeratione  
 populi, non tui sunt ex populo septuaginta millia virorum. 2.  
 Reg. 24.  
 Quia Roboam populum nimis gravare voluit, magnam F  
 partem ejus amisit. 3. Reg. 12.  
 Occasionem dedit Roboam populo recipendi à cultu Dei,  
 quando vitulo fecit, & adorari eos præcepit. Exod.  
 Propter malos Prælatos subditi interdum temporaliter as-  
 finguntur. Unde Elias dixit Achab: Tu conturbas Israel, &  
 domus patris tui. 3. Reg. 18.  
 Rex Syriæ præcepit principibus curruum suorum. Non pug-  
 nabis contra majorem, vel minorem quempiam, nisi contra  
 Regem Israel. Solus autem ille erat Achab nequissimus. 3.  
 Reg. 22.  
 Manasses seduxit Judam, & habitatores Jerusalem, ut facerent  
 malum super omnes gentes, quas subvertenter Dominus  
 à facie filiorum Israel. 2. Par. 33.  
 Malorum Prælatum in Jerusalem habitantium peccata  
 expressit Isaias dicens: Principes tui infideles sunt, focii furum  
 sequuntur munera, diligunt retributiones. Isa. 1.  
 De Nabuchodonosore principe pessimo dicitur: Tu ter-  
 ram tuam disperdidisti. Tu populum tuum occidisti, &c.  
 Isa. 14.  
 Sobna præpositus templi, credebatur in Jerusalem diu vi-  
 vere, & moriturus honorificè sepeliri. Sed mandavit Do-  
 minus ei, quid tu hic, aut quasi qui? Post pauca sequitur:  
 Expellam te de statione tua. Et ille videtur fuisse de his, qui  
 dicebant paulo ante: Comedamus, & bibamus, cras enim  
 moriemur. Isa. 22.  
 Sedechias Rex Juda dixit principibus Jeremiam occidi pe-  
 tentibus: Ecce in manibus vestris est, nec enim fas est Regem  
 vobis quicquam negare. Jerem. 38.  
 Contra malos Prophetas, & Prælatos, dixit Dominus per  
 Ezechielem. Non ascenditis ex adverso, nec opposuistis  
 murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.  
 Ezech. 13.  
 Malis prælati Dominus per Ezechielem terribiliter comi-  
 natur, dicens: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semet-  
 ipsos. Nonne greges à pastoribus pasuntur: Statim describit  
 malorum actus pastorum. Lac, inquit, comedebatis, & lanis  
 operiebamini, & quod crasium erat, occidebatis: & agrotum  
 non sanastis: quod fractum erat, non alligastis: quod in-  
 firmum fuit, non consolidastis: & quod abiectum erat, non redu-  
 xistis: quod perierat non quaesivistis: sed num austeritate impe-  
 rabatis eis, &c. Ezech. 33. & 34.  
 Mali fuerunt illi presbyteri, qui condemnaverunt Susan-  
 nam ad mortem, eo quod noluit consentire eis, cum ex hoc  
 magis meruisset laudari. Dan. 13.  
 Rex Demetrius Alcimum proditorem impium constituit  
 in sacerdotio, & mandavit ei facere ultionem in filios Israel.  
 1. Mac. 7.  
 Elegit Bacchides viros simplices, & constituit eos dominos  
 regionis, & exquirebant amicos Judæ, & adducebant eos  
 ad Bacchidem. 1. Mac. 9.  
 Jafon frater Oniz, qui summum sacerdotium emit ab An-  
 tiocho, statim ut obtinuit principatum, ad gentilem ritum  
 contribulatos suos transferre cepit. 2. Mac. 24.  
 Proprietates malorum Prælatum tangit Dominus Jesus,  
 super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei, &c. di-  
 cunt, & non faciunt: alligant onera gravia: clauditis ad-  
 dunt, regnum celorum ante homines, vos non intratis, &c.  
 Matth. 23.

Et

Et apud Joan. Mercenarius, & qui non est Pastor, vidit lu-  
 A pum venientem, & dimisit oves, & fugit: Non pertinet ad  
 eum de ovibus. Joan. 10.  
 Sciebat Pilatus, quod Judæi per invidiam Dominum tradi-  
 dissent: sciebat cum esse innocentes, & tamen propter favo-  
 rem populi, & timorem Cæsaris tradidit eum voluntati eor-  
 um. Matt. 27. Joan. 19.  
 Principes Sacerdotum vocantes Petrum, & Joannem, de-  
 nunciaverunt: ne omnino loquerentur, nec docerent in no-  
 mine Jesu. Mat. 4.  
 Videns Princeps Sacerdotum multa signa per Apostolos  
 fieri, exurgens ipse, & omnes qui cum eo erant, iniecerunt  
 manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia sua publica.  
 Angelus autem Domini per noctem eduxit eos: tunc abiit  
 magistratus cum ministris, & adduxerunt illos, & post multa  
 consilia vocaverunt Apostolos, & cæcis denunciaverunt, ne  
 amplius loquerentur in nomine Jesu. Mat. 5.  
 Raptus fuit Stephanus à Judæis, & adductus in Concilium.  
 Cum plura obicerent ei Principes Sacerdotum, dixerunt ei:  
 Si hæc ita se habent? Qui cum fideliter se excusaret, &  
 duritiam Judæorum acriter increparet, lapidatus est ab  
 B eis, præfatio Principe nullam displicentiam ostendendo.  
 Act. 6. 7.  
 Quidam homines habentes puellam, à qua Paulus ejecit  
 spiritum pythonicum, accusaverunt eum, & Sylam ejus fo-  
 cum, quod ipsi civitatem turbabant. Magistratus autem sine  
 aliqua probatione fecerunt Paulum, & Sylam virgis cædi, &  
 in carcerem durum mitti. Act. 16.  
 \* HONOR, ET OBEDIENTIA  
 PRINCIPIBUS EXHIBENDA.  
 EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.  
 Dum Pharaon Rex Egypti castissimum Joseph super totum  
 regnum Egypti constitueret, dixit: absque tuo imperio nul-  
 lus movebit manum, aut pedem in universa Egypto. Et ite-  
 rum: Ad oris tui imperium cunctus obediet populus. Pharaon  
 insuper jubente, circumductus est Joseph per totam Egypto:  
 & omnes coram eo genu flebant. Gen. 41.  
 C Cum filii Israel mortuo Moysè, ipsum Josue accepissent,  
 Deo ordinante in Principem, dixerunt ad eum: Quicumque  
 non obedierit universis sermonibus tuis, quos ei præceperis,  
 occidatur. Jos. 1.  
 Cum Assuerus Rex præcepisset Aman, qui post se primus,  
 summusque fuit, ut Mardocheum Judæum regaliter adorna-  
 ret, & regio supponeret equo, ipsumque equum per civitatem  
 deduceret, atque clamaret: Hoc honore dignus est, quem cum-  
 que Rex voluerit honorare: præcepto isto audito, Aman pro-  
 tinus obedit, nil contradiere ausus, quamvis Mardocheum  
 maxime sperneret, ac odisset. Hist. 6.  
 David licet unctus Rex, Saulum quamvis impium, quia Rex  
 erat, semper est reveritus, & ei obedit. 1. Reg. 24.  
 Cum Absalon in pugna contra patrem Davidem, quem  
 regno expellere conabatur, inferiori fugerit, & caesarie sua  
 ramis patulæ quercus implexus haberet, quidam militum, pen-  
 dentem videns, interficere noluit, quia Regis filius erat, &  
 David suis omnibus præceperat, ut filio Absalon parcerent,  
 2. Reg. 18.  
 Christus cum discipulis Capharnaum veniens, tributum  
 pendit, non quod jure cogere (neque enim peregrinus  
 erat) sed ne scandalum daret. Petro igitur præcepit, ut pis-  
 D catum profectus, ore piscis, quem primum cepisset, aperto,  
 staterem acciperet, cumque publicanis offerret. Matth. 17.  
 Marc. 9. Luc. 9.  
 D. Petrus Principibus Judæorum fidei prædicationem in-  
 terdicentibus respondit: Deo magis obediendum quam homi-  
 nibus. Act. 4.  
 D. Paulus Romæ in suo conductu Evangelium prædicans,  
 & à Deorum cultu, quos Cæsar colebat, omnes, quos poterat,  
 abducens indicabat ea, quæ ad fidem, & Dei cultum perti-  
 nent, non esse deferenda hominibus. Act. 21.  
 D. Paulus ne injuriam à Judæis pateretur, ad Cæsarem ap-  
 pellans reddidit Cæsari, quæ Cæsari debentur, ejus supremo  
 tribunali sese submittent. Act. 25.  
 D. Petrus docens Regem honorificandum, eique tanquam  
 præcellenti obediendum, reddidit Cæsari, quæ sunt Cæsari.  
 1. Pet. 2.  
 Julianus Imp. quamvis esset Apostata, habuit tamen sub se  
 Christianos milites, quibus cum dicebat: Producite aciem  
 pro defensione Reip. obediabant, cum autem diceret eis: Pro-

ducite arma in Christianos: tunc cognoscebant imperium  
 cæli, non terræ. Quibus consentanea habet Aug. scribens E  
 in Psalm. civ. Julianus exitit infidelis Imp. nonne exitit  
 Apostata iniquus, & idololatra? Milites Christiani servierunt  
 infideli Imp. ubi veniebant ad causam Christi, non agnosce-  
 bant nisi illum, qui in cælis erat. Quando volebat, ut idola  
 colerent, & eis thura adolerent, præponebant illi Deum.  
 Quando autem dicebat: Producite aciem, ite contra illam  
 gentem, statim obtemperabant, & distinguebant Dominum  
 æternum à Domino temporali. Ex Ambr. Gratian. 11. q. 3. sup.  
 Julian. & ex Aug. ibid. cap. Imper.  
 Ludovico Lotharii Imp. filio Caroli Magni pronepoti ve-  
 nienti Romam Sergius II. tria obviam agmina misit, & ipse  
 in summis Basilicæ Vaticanæ gradibus de more facto Clero  
 undique circumfuso assedit. Primum universi Judices cum  
 vexillis ad novem ferme millia passuum Ludovico occur-  
 runt: deinde omnes militiæ Scholæ decoras laudes canentes  
 cum patronis ad primum lapidem: postremè augustæ cum fi-  
 gnis Crucis ad portam Urbis exierunt. Ludovicus, ubi pri-  
 mum sacratas Cruces aspexit, protinus ex equo descendit, &  
 populo, judicibus, & scholis præcedere iussit, in Basilicam  
 Vaticanam pedestris accessit, & sui proavi Caroli exemplum F  
 imitatus, & per gradus ad Pontificem progressus, osculum  
 sancto ejus pedi infixit: & dextera ejus apprehensa ad postes  
 ejus argenteos pervenit. P. Joan. Azor. Infr. Moral. p. 2. l. 5.  
 cap. 44. an. Dom. 844.  
 Anno Christi 1177. cum Alex. Papa III. Venetiis esset, turbæ  
 multæ irruerunt in eum, & ex civitatibus circumpositis mul-  
 tudo nobilium properabat ad ejus præsentiam, ut viderent  
 illum, & audirent tanquam Angelum à Deo missum: dignum  
 duxit in proxima Dominica Latere Jerusalem, ad Ecclesiam  
 B. Marci solemniter celebraturus accedere. Indutus  
 ergo sacris vestibus, & de consuetudine auream ferens rosam,  
 cum Episcopis, & Cardinalibus ad Altare majus processit.  
 Post Evangelicam lectionem populo Dei ex diversis partibus  
 congregato pastoraliter prædicavit: & completis Missarum  
 officiis, rosam, quam missi Langravio Thuringie Haf-  
 sia Comit. qui stirps sexta post D. Elizabetham, inter omnes  
 Germaniæ Principes præcipua clarebat pietate, camque rosam  
 grater, ac religiose accepit. Jacob. Meyerus lib. 16. Annal.  
 Flandr. ann. 1449.  
 \* PRINCIPATUS POLITICUS, ILLIUS ORIGO  
 IN GENERE.  
 NEMPE A NATURA, EJUSQUE AUCTORE DEO ESSE.  
 Politicum Principatum, & potestatem in communi, non  
 descendendo ad illius species; immediatè à Deo, & natura  
 esse nemo sanæ mentis negaverit. Fuit sanè Cicero, & ple-  
 rique Philosophi in ea opinione, quod sibi persuaserint, fuisse  
 tempus, quo homines vagarentur more bestiarum, & à sap-  
 iente quodam persuasos coisist, ac socialem vitam misse:  
 quem errorem ex alio, qui de mundi æternitate erat, acceperunt,  
 & imberberunt: Consequitur certè Principatus, & po-  
 testas politica naturam hominis, & ex illa procedit, alioquin  
 totum genus interiret. Siquidem homo creatus est, ut fini-  
 tal sociale: multis namque à primo ortu suo indiget, ut H  
 solus sibi vivere, ac sufficere nequeat: nascitur enim nudus,  
 inermis, debilis, egenus, absque rationis usu, qua in re bru-  
 tisanimantibus est inferior, usque sibi ad vitam sufficit, certè  
 ad protectionem à feris, & malevolis sibi non sufficeret,  
 nisi in unum conveniret. Si ergo natura socialem vitam sua-  
 det, etiam rectoris opus, qui multitudinem regant, quia  
 ubi non est gubernator, corrueat populus, ait Solomon. Pro-  
 ver. 11. cap. 1.  
 Hæc igitur potestas, sive principatus immediatè à Deo est  
 tanquam in subiecto in tota multitudine, adeo ut sublato jure  
 positivo, non videatur ratio cur in uno potius residet quam in  
 alio, jure tamen naturæ idem principatus à multitudine tran-  
 sferatur in unum, vel plures.  
 IN SPECIE.  
 In particulari autem considerando species Principatus, sive  
 regiminis, sunt de jure gentium nam pendentes à consensu mul-  
 titudinis, & electione populi, qui ex causa mutat Monarchiam  
 in Aristocratiam, aut Democratiam, ut Romæ factum legitimus.  
 Cæterum

Ceterum cum jus gentium sic quasi conclusio ex natura principis, jure per humanum discursum deducta, etiam a Deo ortum habet...

EXEMPLA SACRÆ SCRIPTURÆ AD HANC REM FIRMANDAM.

Joseph, qui primus inter fideles eum potestate Principatum in Ægypto exercuit, affirmat, se Dei voluntate eò fuisse missum.

Moyse constitutus a Deo Sacerdos, Pontifex, & Princeps universi populi.

Ejusdem jussu, & potestate illi successit Josue, ceterique Judices, donec postulante populo Regem, Saul a Deo designatus, ejusque imperio unctus. 1. Reg. cap. 8.

Post hunc David, Salomon, & reliqui ex ea serie. Deinde monet Moyse populum, ut Judicium obediatur: B Judices vero ut jussu judicent, quia Dei judicium est. Deut. cap. 1.

Et Sapientia aeterna per os Salomonis pronuntiavit: Per me Reges regnant. Prov. cap. 8. Et per Apostolum Spiritus Sanctus. Non est potestas nisi a Deo: & qui potestati resistit, divinæ ordinationi resistit.

Neque enim dumtaxat Principatus fidelium a Deo esse dicendi sunt, sed etiam Infidelium, & Ethnicorum: nam & in illis natura, & recta ratio dicantur, & dicant præfere sibi aliquos, a quibus regantur. Vide S. Augusti. l. 5. de Civit. c. 21.

Exempli idem asserit, ubi constat, Imperia, & Principatus præviis oraculis, & præsignis a Deo factis collatos.

EXEMPLA HISTORICA.

Aquila, quæ circum Marciani caput volitabat, cum aliquando imperio potiturum prænucebat. De qua resic Procopium scribentem audi. Sub id tempus, Theodosius II. scilicet, V Vandali Africanæ flammis rapere; captivos verò, quos evertant, in custodia habuerit. Inter quos Marcianus C fuit, qui Theodosio successit. Cum igitur Genetivus Vandalorum Rex forte præcipere, ut captivi in aula sub eo cogentur, ut aspectibus eorum consideratis, sanè conspiceret, si quis regiam haberet indolem, ac indigna præsentia fortuna pateretur, interim idem inedia, ac labore fessis, hu-

mi obdormiscerent, aquila forte volans supra Marciani caput passis asstitit. Genetivus igitur portentum tacite notans non frustra hoc forte, jussit ad se venire, & quinam vir esset, interrogat. Ille se Asparis Romanorum Ducis arcanorum Comitum vocant. Genetivus igitur meditans, & aquilæ gressum, & Asparis quanta esset apud Byzantium potentia, hominem de medio tollere ab re putavit esse, neque verisimile, ut quamprimum interituro signo volatu illa ostendisset: nulla enim ratione eum interfici oportere. Nam si postremo regnaturus esset, morti non esset apud eum locus derelictus: quod ea quæ sunt Deo decreta, nullatenus prohiberi possunt. Quapropter jurejurando eum obligat sibi amicum fore, neque ullo modo contra Vandalos venturum. Ejusmodi ergo pat-

etis simul initus, dimissus est Marcianus redire Constantinopolim, ubi non multo post, vita functo Theodosio, Imperator renunciatur. Procop. l. 1. de bello Vandal. Baron. tom. 5. Annal. ann. Dom. 431.

Ann. Redempt. 1007. Henrico Regi, antequam esset Imperator, S. Volfango apparuit dormienti. Videbatur ille sibi in S. Emmerani Ecclesia esse, atque orandi causa B. Volfango adire sepulchrum. Ibi verò Deum, & S. Volfangum orans, visus est sibi videre eum ad stare, & hunc in modum ipsum appellare: Aspice diligenter characteres in mutò, qui est apud tumulum meum, exaratos. Vidit ille, nec aliud legit, quam Post se. Expergefactus verò summo per eum incubebat ad eam dictionum apprehendendam significationem. Primum igitur suspicatus se post sex dies moriturum, multa largitus est pauperibus. At sex evolutis diebus, cum nihil in corpore sentiret molestiæ, ad sex menses attingere arbitrabatur, tumque se obituro credebat. Sed neque tum malè se valere sentiens, ad sex annos earum dictionum significationem retulit. Porro sex annis jam expletis, septimo anno a Pont. Max. Imperator unctus est, Atque tum demum animadvertens, quid

sibi ea verba vellent, gratias egit Deo, & Volfango, quod sibi revelare dignatus esset, ea se dignitate potiturum. E In vit. S. Wolf. c. 29. apud Sur. 31. Ob. l. 5. & Bar. l. 1. 1. ann. 1007. 1.

De Pribislaw Bohemiz Rege, quomodo ad regiam evedus sit dignitatem, ita scribit Craantzius fide dignissimus. Bohemis, inquit, imperabat Libussa unica Regis filia, quæ mortuente patre, virgo cepit nullis desideraretur in ea genere. Ita justitia insignis erat, ut nemo sub illa quereretur se suo destitutum auxilio, adeò scelerum ultrix, ut impudè nemo peccaret. Mansissent proceres sub fœmina longius, sed mortalem prospicientes, totius populi consensum, atque desiderium explicarunt. Illa torvo primum vultu inuitu referentes: Quid est, inquit, quod vobis desit in hoc rerum statu, ut Regem desideretis? At illi; Nihil, sit immortalè habere; nunc, quoniam communi omnes forte sumus defecturi, cum te carere jam debeamus, semen ex te regium mitigare populi desiderium, & ingentem nominis tui ascitum. Dissimulabat aliquandiu caltha mulier populi de desiderium: tam illam delectabat thorus sine socio, tam calthatus illi inhærebat. Sed cum illi finem non faceret, illa oraculo commonita jussit orni candidum gradatim equum, B cui proficiens infidere solebat. Illum sequi præeuntem proceres jubet; & apud quem is consisteret quiescens, qui de ferrea menta cibum caperet, Regem mox consulat: nam illum dignaretur thoro manum, quem fœta jumento imperantia monstrarent. Sedulo implent quod jussit Regina; sternunt jumentum, & permisso illi freno liberum præire sinunt. Illi porro sequuntur, observantes quo vadat. Abibat in agros viam non parvam, nec per solita gradiebatur itinera, sed compendia quærere visus ibat in directum per memora, per dumeta, per agros, donec ipsa jam meridie deprehenderet hominem labore fessum ad refectioem in agro, quem aravet, reponentem. Verterat aratrum, & ferrum ex sulco attrito splendescens, in planitieum positum pro menia habebat. Cum hominem cerneret jumentum, ecce stetit immobile nusquam divertens, aut circumspiciens. Aderant dicti Primores, qui id observabant. Ubi vidit hominem aratri ferro uti pro disco, recolunt quid de ferrea menta illis Regina mandasset observandum. Voto se potitos interpretantur, & gaudent. Mox sciscitantur de nomine. Pribislaw, C inquit, mihi nomen est. Illi verò; Surge procius, & conscende stratum tibi jumentum: pertrahuntque ad Regiam, insinuantes quid repererint. Illa fœto monstratum virum complectitur, & pro regia dignitate suis nudatum vestibus ornat, & thoro dignatur. Nec mobile fuit dispar hoc conjugium, ut nec principatus. Nam quietam, & sine ulla contentione vitam cum uxore traduxit, & insuper Rempubliam retinuit, & feliciter administravit: leges enim non paucas (si nobilissimo Volfugio fides) tulit, quibus Bohemi in alta pace viverent. Quibus quidem meritis adeò affecti fuerunt Bohemi, ut in primario urbis Templo ligneas soleas, quibus arans utebatur, diutissime servarint, easque cum reu sacrum novis Regibus, dum diademata ornarentur, præferrent. Albert. Crantz. Wandal. l. 1. cap. 17.

Cosmus Medicus Joannis filius, quo die, qui brumalis erat, Alexander a Laurentio consanguineo necatus est, bulbos momento temporis florescentes vidit. At, quid aliud designabant, quam Florentiam urbem Italiz florem divinitus illi deberi? Obtinuit ergo principatum: & qui de tam fausto omine, ut subditi fidem clientelam e vestigio illi repræsentarent. Petr. Martib. in d. H. Henr. IV. l. 2. narrat. A.

De Rodolpho A. Austriaco Imp. memoratur, quomodo ei Parochus, qui viaticum ad agrum detulerat, & cui ille equum dederat, pedes eundem insectus per vias fordescentes, & fractas, Imperium mente a Deo mota prædixit, & simul bene fuerit apprecatus. Totius historiz ordinem reperit Lector in loco de Eucharistia Sacram. ubi de cultu, & reverentia eidem exhibita.

Piura bis affinia require in loco de Regno, ubi etiam in particulari pleraque, quod Regna, & Reges a Deo dentur, & temperentur.

PRINCIPATUS NERVI.

Aurelianus Principatu Romano potitus Magnates rogavit, quo pacto imperandum esset? Quorum unus ei respondit. Si Rempubliam ritè administrare volueris, auro & ferro te munium esse oportebit: ac ferro quidem contra hostes uti, tui verò observantes auro remunerare. Zonar. Annal. tom. 2. in Aureliano.

TUTE LA, ET CONSERVATIO.

A Rerum omnium nihil commodius est, quod quam ad principatum tendendum, ac conservandum, quam ab his, quibus imperamus amari potius quam metui. Rectè enim à prudentissimis hominibus dictum. Malum esse custodem diuturnitatis metum, contraque benevolentiam vehementer amorem potuitatem. Erga potentiores autem vehementer amorem potuitatem. Erga potentiores autem vehementer amorem potuitatem. Erga potentiores autem vehementer amorem potuitatem.

permetur. Habere fidem tum Principi plebem, cum eum existimat adeptum cum justitia prudentiam, admirarique, quem videt excellentibus quibusdam, & singularibus virtutibus ex-cultum: quem abstinentem, non immeritum voluptatibus, pecuniaz in loco contemptorem, aquiratis, & justitiaz defensor-em, intrepidum ad pericula, ubi Rex exigat, subeunda agno-scit: qui probè calleat, malè cum impetu familiaria, & publi-ca negotia administrari, cuique vetus illud Tiberianum, tam-metui vestre fœtam jam proxitum; assidue tamen moderatoribus rerum publicatorem inculcandum, placeat. Boni pastoris esse tendere pecus, non de glubere: cuius animus non perpetuo B agiter errore, nec habeat ipse, quid ab aliis pendens sequatur: qui regnum plebis potius commodo, quam familiarium administrat arbitrio: neque talis sit, qualem aulicorum rapini expediat esse, quique tristitia servandæ causa a Deo Opt. Max. se regno præpositum sibi persuadet, ut & prohibeat, injuria tenuiores, & æquitate constituta summos cum infimis pariter retineat. Olim ita erant morati, qui Cæsariibus ad-debant, ut vererentur ipsi Cæsares a tali gravitate, & prohibita præditis hominibus petere, quod minus pertinere ad decus, & plebis utilitatem: plurimum apud eos talium virorum bene suadentium valebat autoritas, & quæ ab his adhibebatur ad monendum, & aperit, & prudenter, si res postulabat. Non illis aut animus abjectior erat, aut spes amplificandæ fortunæ fra-gior. Multum posse ad salutem miserorum, & afflictorum: decori magnis Imperatoribus, parum potuisse ad perniciem: probo nemini unquam fuisse: sæpe hæc, itaque familia auribus eorum inculcabat. Humanam conditionem sic ferre, ut cum fastigium longè supergressa videatur, continuo concidat. Arn. Ferron. lib. 3.

C PRINCIPATUS VINCU LA. Dionysium Juniorem, Siciliz tyrannum deperditum infcilia, moribusque profligatissimis Dion. videns, hortatus est, ut se ad disciplinam conferret, summisque à Platone Philosophum Principe precibus contenderet, ut se venire in Siciliam, eique se forandum, & virtute exornandum traderet. Ita fore, ut pulcherrimo exemplari, & divino ejus, cui gubernanti universum hoc obtemperans pro confusione ordinem, constantiamque tuerentur, conformatus, plurimam & sibi felicitatem, & civibus pareret, quibus se pro tyranno regem præberet: ut quæ illi tunc metu tyrannidis mœsti facerent, eandem porro modestiam, justitiamque ipsius venerantes, itidem patri præstarent. Non enim (ut pater ei dixisset) metum, ac vim, non catervam juvenum stipantium, non immensum barbarorum fatellitium, adamantina ipsa vincula; sed benevolentiam, studium, gratificandique voluntatem, virtutis reverentia civibus ingeneratam, quæ ut rigidis istis, & duris vinculis molliora esse videantur, sunt tamen ad perpetuitatem regni firmiora. Porro autem Principem neque magno in D honore, neque ulla in admiratione esse, qui magno vestium, ac victus luxu se ostentans, in congressu, & colloquio nihil quemvis vulgarem hominem præstaret, neque animi pariter regiam principi convenienter excultam habere laboraret. Plut. in Dion.

\*PRINCIPATUM CLEMENTIA FIRMAT, ET ROBORAT: QUEM CRUDELITAS clidit, & dirumpit. Magnos animos, & fortunatos decet lenitas, & vix in alios quam in hos decet cadit, quod enim severitate justitia continet, & emendat, id remissionem facit clementia, quæ temperare, aut flectere leges ex usu aliquo valet. Hinc à Seneca definitur lenitas superioris in constitutendis penis, plenius dixisset, si addidisset, & in remittendis. Unde nihil pulchrius idem ait, in fastigio collocatis, quam multarum rerum veniam dare, nullus periret.

Audiat egregium Diodori Siculi super hac re monitum. Eos, qui cæteris præse, verèque Principes haberi contentent. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

dunt, in primis oportet non tam armis corpora sibi circum undique munita protegere, quam bonis artibus & clementia. E ad rerum fastigia subniti. Nam qui pavore coacti, & vi impuls, imperata faciunt, cuncta ad id observantes momenta, cum primis per occasionem licet, repente invisi imperii jugum cervicibus excutere præparant. Si quos verò mansuetis moribus, & ingenio miti principes nasci fuerunt (ea est omnium animantium natura, mansuetudine magis quam vi gubernari) firmo in eo amore conciliati, non imperium modo, quod gesserint, illis contingere, ac confirmare, verum longè in dies amplius reddere nituntur: perinde ac clementia, & virtute imperantium parendi voluntatem, & studia mortalibus exprimere. Quid enim aliud magis Medorum delevit imperium, quam crudelitas & superbia Principum, patientia subditorum tandem demolita? Nam deficientibus primis Perfarum populis, maxima reliquarum gentium multitudo deservit. Quo namque modo Cyrus privato quodam loco ortus, privatus & ipse initio, post ad regium evedus culmen universis Asiæ populis imperavit? eo fide dignitatis sola cum benignitas, & clemens administratio rerum prorexit. Gelon privata familia progenitus, totius Siciliz Princeps creatus est, cunctis circum undique populis, ac urbibus in ditione sua spontè concedentibus. Invitabat enim, atque alliciebat cunctos homines ejus viri comitas, & clementia, quam in calamitatibus, & miseris oppressorum maxime ostendebat. Diad. Sic. hist. lib. 15.

Quod etiam hoc simili declarat Glycas, Stimulo quidem rex apud præditus est, verum ad vindictam eo non utitur. Sunt hæc leges quædam non scriptæ, sed ab ipsa proficte natura: ne qui maximi imperii potentur, ad puniendum tardii sint. Mich. Glyca. Annal. part. 1.

Exempla utriusque partis innumera sunt, & reperiet Lector in loco de Clementia, Cruelitate, Imperio, quæ præsentem Titulum illustrent. Unum, atque alterum, prout occurrerent, subiciemus.

Cum populus Antiochenus missum à Theodosio Præfectum levi de causa peremisse, & eam ob rem ex illis multi detinerentur in custodia, multi profugissent, & reliqua civitas periculo consernata in magno esset metu, Flavianus Episcopus Antiochenus, omnium civium nomine legatione fungens, Imperatorem adiit, pro remissione criminis supplicaturus. Percepit clementer Theodosius: factaque condonatione, usitè G vehementer Episcopi ad suos reditum, ne ex reditus sui tardatione tristitia prolongaretur, sed de venia certiores ab anxietate, & dolore, quo tabescebant, respirarent. Qua benignitate Theodosius non tantum Antiochenorum civium, sed etiam omnium, qui imperio ejus parebant, animos ad sui amorem, & benevolentiam pellexit, & Principis non minus pii, & clementis, quam fortis, & magnanimi gloriam consecutus est. D. Chrysost. homil. 20 ad populum. Antioch.

Inter cætera virtutum ornamenta, quibus claruit Alphonfus Rex Neapolitanus, eluxit maxime clementia, qua usus est in hostem suum Antonium Caldoram, filium Jacobi Caldoræ celeberrimi quondam Ducis, & Regi, prout & filius, infensissimi. Cum ergo multi auctores, & suaves essent Regi, ut bello captum tanquam hostem, hostisque filium, qui datæ fidei jura sepenumero temerasset, capite plecti juberet, non acquievit, verum vita, & pristina dignitate donatum, & magno affectum honore in aulicorum & intimorum suorum numerum recivit. Ex Anton. Panorm. lib. 1. de reb. gest. Alphonfi. Petrus Ribadeneira lib. 2. de Principe cap. 18.

E contrario Principatus ruinam esse Inclementiam, clarum est: & Principes eo deturbari, historia celeberrime demonstrant.

Id Carolo Siciliz Regi accidit: Is enim, postquam ab illo regnum descenderat, Gallis in pervulgato illo vespere, quem Siculum vocant, contrucidatis, Messaniam cum exercitu venit, eamque arde obsecram sic pressit, ut Messanenſes, cum Caroli Regis viribus, & copiis obistere non possent, desperantes defensionem, Legatos de imperatula venia ad eum miserint, & honestis quibusdam, ac lenibus conditionibus suppliciter postulatis deditionem obtulerint. Sed Rex illos in extremam necessitatem redactos videns, suaſque manus effugere non posse, preces eorum respuit, & iracundum, ac stomachi plenum responſum dedit. Messanenſis civitas fœtomachofa responſionis indignata in eam desperationem venit, ut statueret ante flammis ardere, & funditus everti, quam se tam inhumano, & immani Regi subdere. Egressi igitur cives, & seipsos cohortantes R cum

cum exercitu Regis praelium ineunt, legationes dissipant, ho- A steque fuso, & devicto obfidionem solvunt. Ex quo factum, ut universon Siciliam regnum in libertatem vindicatum temeritate sua Rex Carolus amittens, in Petri Aragonie Regis potestatem venerit, sub qua ad hoc usque tempus plus quam trecentis annis permansit. Hieron. Surit. lib. 4. Annal. cap. 23.

Ludovicus Maleani Comitum Flandrie exemplum maxime est memorabile, & ad rem, de qua agimus, confirmandam accommodatissimum. De quo apud historicos ita legitur. Cum Gandavensem urbem, quae ab eo deservierat, non longe ab ea castris positus Comes obsideret, in magnam populum Gandavensem rerum necessarium penuriam coniecerat. Itaque, spe auxilii destituti, missis Oratoribus supplices rogarunt, ut civibus donaret, cetera voluntati suae referret. Ludovicus ad haec superbe respondit, nullam se conditionem aliam admittere, quam ut in omnibus Principis sui potestatis se submitteret, & missae viris mulieres pedibus nudis, abiectionis exterioribus vestimentis, fune collo inserto, extra urbem ad ejus pedes veniam postulaturi se abicerent, id cum egissent, deliberatum fuit quid factu opus esset. Quo responso B tam acerbo commota civitas decrevit in acie potius fortiter moti, quam per summam concumliam tam superbo, & crudeli Principi se dedere. Eruptione igitur facta, cum quinque millium hominum numerum non excederet, magnamque tormentorum vim in curribus, & simul paucorum dierum cibaria secum deferrent; Christiana prius confessione lustrati, Deo, ejusque iustitiae, ac orationibus & lacrymis afflictissime civitatis consili, adversus Comitem, & dominum suum agmen direxerunt; qui munitus iam castris, cum circiter triginta hominum millibus in eos impetum fecit: ipsi vero, omnibus tormentis uno tempore in Comitis exercitu explosis, castris simul egressi, sublato ingenti clamore, tanto animorum ardore in eum irruerunt, ut temporis momento non absque sanguine omnes copias fuderint, ac profligant: fugientes autem insecuti, superveniente nocte, cum eis Brugensem urbem ingressi sunt. Nec absuit multum, quin ipse Comes caperetur, sed nocte, & villi pauperulae mulieris casa reclusus, miraculo velut quodam elapsus est. Amisit in ea clade, praeter Brugensem urbem, alias plures sui Principatus civitates. Ejusmodi successibus vult Deus Principes instrudos, quid sibi faciendum sit, & quanto plus firmitatis habeat amor quam timor, levitas quam austeritas, clementia quam severitas, & denique quantum cum veritate congruat illa Spiritus-Sancti sententia, Regis thronum clementia, & misericordia roborari. Jacob. Meyer. l. 13. Annal. Fulg. lib. 5. Petr. Ribad. lib. 2. de Principe c. 19.

Vide Loca pauld ante indicata. Item Locum de Clementia.

\* POLITICUM MAGISTRATUM FIDELIBUS, ET CHRISTIANIS LICITUM. CONTRA Anabaptistas, & Trinitarios.

Haereticorum omnium, quos veritatis hostis in Ecclesiam evomit, gravissima portenta Anabaptista, & Trinitarii, ut liberos fide, omnique potestate faciant exemptos, Magistratum, Tribunalia, Praetoria, Pnaenas, Jus gladii a Christianis eliminanda omnino contendunt, ut pote Gentibus propria. Unde nonnulla ex iisdem exorta pestes annos M. D. LXVIII. ediderunt Albx Juliae quaedam antiheses Christi veri, & falsi, quarum VII. est, Christum falsum habere in sua Ecclesia Reges, Principes, Gladios: at verum Christum nihil habere similes. Argumenta eorum sunt plane futilia, relata apud Cardin. Bellarmin. lib. 3. de Laicis, cap. 2.

Hanc autem haeresein non modo Catholici, & Philosophi execrantur, & oppugnant, inter quos D. Thom. opus. 2o. sed ipse etiam Calvinus lib. 4. Instit. cap. 20. & Luther. in visitat. Saxon. quamvis ex ipsius verbis: in Capt. Babil. c. de Baptism. occasione sui erroris alii sumserint.

Ceterum Scriptura teste docemur, Deum Principes constituisse, & excitasse: Immo Prophetas praedixisse, omnes Reges terrae Christo servituros. Psal. 71. Isaie 60. & 49.

Quin & in lege Evangelica Christus iussit reddi Caesari, quae sunt Caesaris Matti. 22. & Apof. Rom. 13. dicit, omnem potestatem esse a Deo: & per Titum c. 3. monet, omnes Principibus subditos esse.

Joannis 4. Inducitur Regulus in Christum credidisse, neque tamen iussu renuciare principatui. Uti neque Proconsolem a Paulo conversum. Act. c. 13. neque Philippum Imperat. a tota Ecclesia admittum, apud Euseb. lib. 6. c. 25.

Sed, & infinitis propè exemplis docemur, quibus beneficium

Deus affecerit sanctissimos Principes, eos instruendo, ut de Constantino referat idem Euseb. l. 1. vit. e. ipse: victorias concedendo, fines ampliando, &c. nec legimus ulli eorum injunctum principatum deponere. Exempla habemus in Theodosio, Carolo Magno, Ludovico Pio, Othone, 1. S. Henrico Imp. S. Ludovico Franc. R. & aliis qui sanctissime regnaverunt. His adde finem principatus esse, ut vitam tranquillum homines ducant, & socialem, quo regimen exigit, & moderantur, ut supra tetigimus, ubi docuimus Principatum a Deo dari.

Vide pleaque in loco de Regibus, & Regno.

PRINCIPUM, ET PRINCIPATUS HIEROGLYPHICA.

Aegyptii Sacerdotes si Principem, aut Legislatorem significare vellent, Camis Hieroglyphicum cum diademate, sive fascia, vel amiculo faciebant, reliqua corporis facie nuda, propterea quod veluti levi somno tantum, ut Lucretius ait, fido cum pectore corda, in Deorum simulacris diligentibus observandis detinerent: sic etiam Principes, qui iura situlatur, Regem, qui anteaquam tempore claruerit, nudum contemplari debet, &c. Pier. Valer. lib. 5. pag. 48. E.

Civitate ab imbecillo rectam Principe significare, qui F volunt, ut scilicet pingunt: invalidissimum est urlo caput, quod contra leoni fortissimum. Pier. Val. lib. 12. pag. 107. A.

SCRIPTORES.

De Principis Institutione scripsere Synesius Episcopus ad Arcad. Imp. Orat. de Regno, Isocrates ad Alexandrum: Plato ad Dionys. R. Siciliae: Themistius Orat. 11. & 12. Francisc. Patricius P. Greg. Tolosan. lib. de Repub. Justus Lipsius in Politicis, addeque omnes, qui Politica tractant, & ad extremum, Card. Bellarm. particulari libro, officium Christiani Principis exponit.

\* Principium.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, ET ACCEPTIO VARIA.

Principium, Graecè ἀρχή, Hebraicè רֶשֶׁת, à רֶשֶׁת. Caput nam principium est initium cujusvis rei. Principium dicendi, pro orationis exordio. Accipitur interdum pro fundamento artis, vel scientiae, cui innituntur reliqua omnia, quae in ea traduntur, item, pro primo illo rerum omnium fonte, unde caetera omnia fluxerunt, atque initium fumpserunt.

Apud Philosophos aliquando pro iisdem sumuntur principium, & causa. Principium insuper dicitur id, ait Damascen. c. 2. de natur. princip. à quo primus motus oritur.

Rursus principium temporis est momentum: quomodo motus in motu, hoc est punctum motus.

Apud Theologos Principium accipitur, ut sit idem quod rerum exordium, ut Gen. c. 7. vel significat primam personam in divinitate, ut qua nihil est prius. Ita Cyrillus explicat illud Joannis, In principio erat verbum. Ubi tamen Augustinus accipit posse existimari filium, & quatenus est patris sapientia, vel significat Principatum, ut Psal. 109.

Philosophi communiter definiunt Principium illud ex quo tanquam ex primo aliquid est, sic, aut cognoscitur. Unde differit à causa, à qua effectus debet habere suum esse, & ab ea dependere. Hinc verbi gratia locus, unde quis proficiscitur, principium est viae, non tamen causa, sic privatio principium est generationis, non causa.

Principia denique Aristoteles definit, quae nec ex se, nec ex aliis, sed omnia ex ipsis sunt lib. 1. Physic. c. 5. estque definitio primorum principiorum rerum naturalium.

Principia interna. Natura sunt, quae nec ex aliis, nec ex se ipsis mutuò, sed ex ipsis aliis visibilia corpora naturalia orta, & constituta sunt, utpote ad generationem, constitutionem eorum pertinentia. Ita nominantur ut à causa efficiente, & fine, corporum naturalium externis principis distinguantur. Ac Deus quidem est verum, veretque primum, & unicum principium, à quo, & propter quod omnia corpora naturalia orta sunt: quia ipse propriissime est rerum omnium, quae in hac universitate sunt, tum causa efficiens prima universalis, agens, movens, exemplaris, tum finis universalis, ultimus & supremus.

Principia interna Naturae visibilibus, seu corporum naturalium visibilibus duplicia sunt. Constitutio igitur, nempe ex quibus tanquam partibus naturale corpus constituitur est, quo propterea in corpore constituto permanent. Suntque duo, nimirum materia, & forma: deinde transmutationis, cujus principium naturalis est Privatio Physica, quae est vacuitas, seu carentia formae

ma in subiecto, seu materia capaci illius formae: ac proinde materia constitutio talis, ut apta sit ad recipiendam formam.

Naturalia principia, sunt notitiae à Deo humanae menti infusae, veluti radii lucis, & sapientiae divinae, ut sunt testimonia de Deo, & ejus voluntate, discernant nos à bestiis, regant vitam, gignant honestas artes, scientias, ac disciplinas, quarum usus in vita necessarius est. Illa sunt Theorica, & Practica. Theorica nominantur scientiae praecipue in artibus, & scientiis ad cognitionem rerum: Practica moderantur mores, & officia hominum, quia discernunt iusta & iniusta, honesta & inhonesta, aequa & iniqua, ut congruant voluntates, & actiones nostrae cum voluntate Dei. Horum principiorum veluti res nostrae quadam occurrunt passim in scriptis etiam Gentilium, ut Homeris, Platonis, Aristotelis, & aliorum.

Conditiones Principiorum primorum.

Tres in definitione notantur Principiorum conditiones. Prima, quod prima principia non fiant ex se mutuo, tanquam si unum esset pars essentialis alterius.

2. Quod non fiant ex aliis, nempe principis Physicis in terminis.

3. Quod ex iis omnia esse oporteat, scilicet corpora naturalia, quae constant ex principis tanquam partibus essentialibus.

NUMERUS.

Principiorum numerum investigat Aristoteles supra cap. 6. fuitque de hac re varia Philosophorum dissentio. Quidam enim ea fuisse unum tantum ens in finitum statuabant, per quod tamen aliquid Deum intellectus venditur, idque expertis omnis materiae.

Heliodus Philosophus principium agnoscit materiale, quod Aquam voluit Ithales Milesius, aereum Anaximenes, ignem Pafus Metapontinus.

Sunt, qui cum Democrito, Mocho, Phanicio, & aliis infinita fecere rerum primordia.

Plato unum posuit principium tanquam formam, magnum & parvum tanquam materiam. Immo subinde Deum Materiam, Speciem, & mundi animam, tanquam principia agnovit. Attamen Aristotelis, & communior aliorum est sententia, tria esse principia generationis rerum naturalium, Materiam, Formam, & Privationem. Sic verum g. principia, quae ad Petri concurrunt generationem, sunt materia, & anima rationalis, quae est hominis forma: & quibus illa hanc excipit, hanc illam perficit, & amba Petrum componunt. Praeter haec tamen est eisdem animae rationalis privatio, quae materia per se ipsa foreneque accessu abolita est.

De Materia, & Forma, Vide Loca propria.

\* Privatio.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Privatio, Graecè ἀπορία, & ἀπείρα, privo dicitur, Hebr. Sebachal, & Sebachol, in 1. conjugatione Orbus fuit, orbatus est, privatus est re aliqua. In 2. conjug. Sebihel. orbavit, privavit. Inde Sebechol, Orbis, privatio. Est autem privatio negatio substantiae ab aliquo determinato genere, secundum Arist. lib. 4. Metaph.

Item privatio est absentia formae substantialis in subiecto eam habere nato. Estque definitio privationis substantialis, quae est unum ex principis corporis naturalis, non quidem D ex iis, quae veniunt in illius compositionem, sed iis, quae per se ad illius generationem requiruntur.

\* Privilegium.

Privilegium, est lex, quae singulis irrogatur secundum Cicero: nempe sive privatae facta. Veteres enim Privata dixerunt, quae nos vocamus singula. Vide Locum de Academicis, Gloriae studio. Donatione.

Erripere Privilegia ex loco de Avaritia. Tit. Reges, Principes avari.

Ob privilegia erepta severi. Consule Locum de Severitate.

Probitas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Probitas, Graecè ἀρετή, est virtus, vel virtutis est prudens bonitas: quae mentes à se omnem extrarium prohibent rationis motum. Cujus contrarium, Facinus, vel Improbitas, ut opinantur quidam, flagitium: quoniam mentem solam tangit. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Probum Festus hominem vocat, qui se probet à malefaciendo. Alii probum dici volunt, quasi probatum, metaphora sumpta à metallis. Hebr. Probus, vir bonus appellatur Chafsch, id est, Sacer, pius, beneficus, misericors, à verbo Chiffsch, Sacra- vit, quod medium est Chafsch, probitas, pietas, misericordia. Is probus est ait Plautus, quem non poenitet quam probus sit, & frugis bonae.

PROBITATIS, VIRTUTIS IN GENERE DISCIPLINA. VIRTUTIS MAGISTRI, CONSIDERANTUR PERSONAE. QUI. QUALES. PUTA Legislatores.

Vide Titul. Legislatorum, quatenus ad virtutem instruantur crees.

Lycurgus, Spartanorum legislator, supervacanea, & exotica eiecit à civitate cuncta. Quare neque mercator, neque philosophus, neque vates circulator, neque fraudum architectus Spartam ingrediebatur. Neque enim monetam eis tractabilem permisit, tantum ferreae auctoritatem tribuit, quae est mina pondere Argineticio, valore quatuor chalcorum, id est, F arcolorum. Plut. in Apoph.

Reges, Principes.

Ex Tit. Bonorum Principum exempla petatur. Illic Possessio, hic Communicatio virtutis consideratur.

Hipparchus Pisistrati F. quamvis tyrannus, sapienter tamen studia promovit, omnique studio annixus est, ut optimis imperaret.

Alex. Magnus everto Persarum imperio, non ut ei consulebat Aristot. Graecis duces se barbaris praebuit dominum: sed commune missum divinitus se arbitrans omnium rerum moderatorem, & arbitrum: quos oratione non potuit, armis subegit, omnia undique in unum contraxit, & velut imperatoris admodum ultes adus, & in se non, & in se non, & in se non, pro patria orbem terrae praecipit omnibus habere, castra pro aere, & praesidio, pro propinquit bonos, pro alienis improbos: Graecos, & barbaros non chlamyde, non cetra, non acinace, non denique candye discernimare: veterum Graecos virtute, barbaros vitis censere: promissa vero exitimare vestes, mensas, conjugia, vivendi modos. Plut. orat. 1. de Alex.

Theodosius à Gratiano Imp. in imperii societatem acceptus, Syrmio Thessalonicae adit, urbem portu munitam, & bello Thraciae inferendo in primis idoneam. Ibi novum Imperium ante omnia ordinare instituit, nam pro duobus militum magistris amplius quinque fecit, & Praefectos alarum, turmarumque, & tribunos numerorum multiplicavit: inde aulae, castrorumque disciplinam, quae depravata erat, correxit. Etenim, ut Latinius Patavus in oratione ad ipsum habita dixit, non contentus ipse ultro vita rejectisse, alienis vitis corrigendis curam adiecit. Et quia vel diuturna Orientis consuetudine, vel superiorum principum remissione tantus quosdam luxus infecerat, ut adulta lascivia haudquaquam facile videretur obtemperatura medicinae: ne quis se pati injuriam putaret, à se voluit incipere censuram, & impendia Palatina minuendo, nec solum abundantem sumptum reiciendo, sed vix necessarium usurpando, quod natura difficillimum est, emendavit volentes. Nam superiores Imperatores parum se lautos putabant, nisi luxuria H vertisset annum, nisi hyberna poculis innatissent rosae, nisi aestivam in gemmis capacibus, glaciem falerna fressissent. Eorum gula angustus erat noster orbis, namque appositas dapes non sapore, sed sumptu judicabant: illis denium cibis acquiescebant, quos extremus Oriens, aut positus extra Romanum Imperium Colchus, aut famosa naufragis maria mississent, quin & infami saepe delictu scripti in provinciis aucupes, ductaque sub signis venatorum cohortes militave- re conviviis: cupidam etiam principis non prandia fessum, sed ferula scelerum milles aestimatae precium aequalem patrimoniorum traxerunt, Theodosius autem modico, ac castrensi cibo jejunia longa lenivit: aulam omnem laboris, patientiae, & frugalitatis exemplis adeo instruxit, ut nemo unus inveniretur, qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum litiorum pisces, peregrini acris volucres, aleni temporis florem: verum epulas suas, mensis communi- bus parciores tempestivis fructibus locorum instruxit. Optimos inde viros delegit, quibus provincias, quibus militaris rei summam, quibus consilia sua arcana commisit. Sigenius lib. 8. Imp. occid.

Corrupta Scotiae juventute Donaldi flagitiosissimi regis

Rr 2 exemplo,